VIRO AMPLISSIMO

MAXIMILIANO ERLERO

RECTORI GYMNASII ZWICCAVIENSIS

DIEM FAUSTUM

QUO

ABHINC XXV ANNOS

MUNUS SCHOLASTICUM INIIT

PIE GRATULANTUR

COLLEGAE ZWICCAVIENSES

INTERPRETE

GUSTAVO GEBAUERO.

NON. MAJ. ANNI MDCCCLXXIV.

DE PRAETERITIONIS FORMIS APUD ORATORES ATTICOS.

LIPSIAE

FORMIS DESCRIPSERUNT BAER & HERMANN.

1874.

Congratulantium nomina haec sunt:

GUSTAVUS GEBAUER
HERMANNUS RICHTER
GUSTAVUS MOSEN
THEODORUS HELSIG
RICARDUS RICHTER, nunc Dresdensis
GUILIAMUS WEICKER
CAMILLUS KELLNER
FRIDERICUS LIPPOLD
ADOLFUS BECKER
OTTO WUENSCHE

ERNESTUS FABIAN
MAURITIUS MUELLER
GEORGIUS SCHOENFELDER
ALBINUS HAEBLER
HERMANNUS DRESSEL
EMANUEL KLITZSCH
CAROLUS MITTENZWEY
GEORGIUS LIPPMANN
ROBERTUS HEEGER
ALBERTUS GRUETTNER.

Dei Optimi Maximi beneficio, vir humanissime et carissime, hodie idem dies Tibi rediit, quo abhinc viginti quinque annos Lipsiae in schola Thomana praeceptoris munus suscepisti. Qua ex urbe cum ante novem annos a summis rerum scholasticarum moderatoribus Fribergam devocatus esses, ante tres annos ab iisdem viris praestantissimis Tibi commissum est nostri gymnasii regimen. In fungendo autem hoc munere tam strenuum Te praebes et sollertem tamque sincera nos, collegas Tuos, caritate ac benevolentia amplecteris, ut vehementer gaudeamus, post discessum Hugonis Ilbergii, viri praeclarissimi et de scholae nostrae rebus egregie meriti, Te nobis ducem praefectum esse. Nec minus laetamur, quantopere Te ob singulares Tuas virtutes coleremus ac diligeremus ut publico testimonio declarare liceret, hujus diei sollemnitate exspectatione celerius commodam occasionem nobis esse oblatam. Qua cupidissime arrepta en adsumus et pia vota pro salute Tua atque incolumitate nuncupamus. Faxit Deus Optimus Maximus, ut per longam annorum seriem huic gymnasio Zwiccaviensi ita praesis, ut perpetua utaris et firmae valetudinis prosperitate et vegetae mentis alacritate. Idem conjugem Tuam liberosque Tuos suo numine atque auxilio benigne protegat tueatur custodiat.

Reliquum est ut paucis de commentatione exponam, quam tamquam munusculum quoddam votis nostris adjungere decrevimus. Ante complures jam annos, cum discipulorum causa

pervolutassem scholas Latinas Seyfferti, ejus exemplo impulsus animum induxi quaerere et explorare, quomodo oratores Attici in argumento tractando versati essent, quaeque invenissem hominum doctorum judicio proponere. Neque abjeci hoc consilium, postquam ea cognovi, quae duobus programmatis de eadem re Birklerus disputavit. Sed quo plus temporis ac studii in lectitandis Demosthenis, Isocratis, aliorum orationibus consumpsi, eo magis intellexi, nisi saepius repetita lectione nihil proferre me posse, quo vel interpretationi vel arti criticae subsidia quaedam et adjumenta pararem. Accessit eo, ut etiam reliquorum scriptorum maximeque Platonis, Thucydidis, Xenophontis hac in quaestione aliquam rationem habendam esse ducerem. Has potissimum ob causas, quamvis multa notaverim atque collegerim, tamen haec omnia adhuc abdita in scrinio retinui. Nunc vero, cum quod aliud Tibi offerrem nihil haberem, particulam aliquam a toto tamquam corpore abscissam protrahendam in lucem putavi. Atque utinam licuisset hoc specimen satis Tibi limatum ac perpolitum tradere! At urgentibus operis tanta in scribendo festinatione opus fuit, ut, nisi hujus quoque particulae partem tantum vellem foras dare, nonnulla emittere cogerer minus quam optarem elaborata. Cujus rei Te pro insigni Tua in me benevolentia in judicanda commentatione non immemorem fore spero confidoque. Vale.

De praeteritionis figura et Graeci et Latini rhetores exposuerunt. Ac Graecorum quidem, qui quae ad illustrandam figuram exempla protulerunt paene omnia petiverunt a Demosthene, primus nominandus est Hermogenes, qui (rhet. Graec. II, p. 430 sq. ed. Spengel.) haec scripsit: *πότε παράλειψις καὶ ἀποσιώπησις γίνεται; ὅταν βουληθῶμεν τὴν ὑπόνοιαν μείζονα καταστῆσαι τοῦ πράγματος ἐν τῇ γνώμῃ τῶν ἀκουόντων ἢ λέγομεν —. ἐν προσποιήσει δὲ παραλείψεως μνήμη τῶν πραγμάτων κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεται ἤτοι ὅταν μικρὰ μὲν ᾖ τὰ πράγματα, χρήσιμα δὲ τῷ λέγοντι, ἢ ὅταν ᾖ γνώριμα, διὰ μὲν τὸ γνώριμα εἶναι φησὶ παραλιπεῖν, διὰ δὲ τὸ χρήσιμα εἶναι λέγει αὐτά· ἢ ὅταν ἐπαχθῆ ᾖ, χρήσιμα δὲ τῷ λέγοντι. διὰ μὲν τὸ ἐπαχθῆ εἶναι φησὶ παραλιπεῖν, διὰ δὲ τὸ χρήσιμα εἶναι λέγει αὐτά.* Haec tria praeteritionis genera ab Hermogene tribus illustrantur exemplis a Demosthene fictis (21, 15. 20, 2. 18, 268 sq.). Praeterea commemoro Tiber. de fig. III, p. 60 sq. Spengel. *παράλειψις δέ ἐστιν ὅταν τῷ δοκεῖν τινὰ παραλιπεῖν λέγῃ ἃ βούλεται, ὡς ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην* (§ 2) —, *καὶ πάλιν πρὸς τὸν Αἰσχίνην* (18, 268 sq.) —. *τῷ τε γὰρ οὕτως εἰπεῖν ἃ βούλεται δεδήλωκε καὶ τῇ παραλείψει τὸ 'φορτικὸν ἀφῄρηται.* — Alex. de fig. III, 23. Phoebamm. de fig. III, 51, a quo duplex figurae nomen commemoratur, *παράλειψις ἤτοι ὑποσιώπησις* (hoc utitur etiam schol. Aesch. 3, 51). Zonae. de fig. III, 163. Anonym. de fig. III, 178. Hi omnes, quorum verba non adscripsi, nihil aliud dicunt nisi eum, qui utatur praeteritione, simulantem se aliquid tacere nihilominus dicere. Paulo plura praebet Demetrius de eloc. III, 318: *ὡς δ' ἂν καὶ ἐκ σχημάτων γίγνοιτο δεινότης, λέξο-*

μεν. ἐκ μὲν οὖν τῶν τῆς διανοίας σχημάτων, ἐκ μὲν τῆς παραλείψεως ὀνομαζομένης οὕτως (D. 9, 26) —. *ἐν γὰρ τούτοις καὶ εἴρηκε πάντα, ὅσα ἐβούλετο, καὶ παραλιπεῖν αὐτά φησιν, ὡς δεινότερα εἰπεῖν ἔχων ἕτερα*, quibuscum cf. quae de praeteritione in refutatione adhibita dicit Apsines de art. rhet. I, 371 *εἰσάγονται δ' αἱ μὲν ἀσθενέστεραι* (*λύσεις*), *ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον κατὰ παράλειψιν, αἱ δὲ ἰσχυρότεραι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον προηγουμένως ἐπισημαινομένων ἡμῶν τὰς δυνάμεις αὐτῶν. ἐνίοτε μέντοι καὶ αἱ ἰσχυρότεραι κατὰ παράλειψιν τίθενται, ὡς ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην* (§ 2). Ex rhetoribus Latinis copiosissime de hac figura scripsit Cornificius ad Herenn. IV, 27, 37 Occultatio est, quum dicimus nos praeterire aut non scire aut nolle dicere id, quod tunc maxime dicimus —. Haec utilis est exornatio, si aut rem, quam non pertineat aliis ostendere, occulte admonuisse prodest aut si longum est aut ignobile aut planum non potest fieri aut facile potest reprehendi, ut utilius sit occulte fecisse suspicionem quam ejusmodi intendisse orationem, quae redarguatur. Huic addo Rutil. Lup. p. 120 ed. Ruhnk. Parasiopesis. Hoc est, cum aliquid nos reticere dicimus et tamen tacitum intelligitur. Et hoc utendum est, cum aut notam rem esse auditoribus arbitramur aut suspicionem excitare majorem reticendo possumus. Aquil. Rom. p. 149 Ruhnk. Paralipsis, praeteritio. Frequens est hujus figurae usus, ubi quasi praetermittentes quaedam nihilominus dicimus —. Utemur autem hoc adjumento in his, quae infirma vel invidiosa nobis futura sunt, si directo dicantur. Jul. Rufin. p. 274 Ruhnk. Antiphrasis est figura sententiae, cum quaedam negamus nos dicere et tamen dicimus —. Latine dicitur omissio. Ex his, quos attuli, veterum rhetorum locis intelligitur figurae septem nomina fuisse, quattuor Graeca (sunt ea *παράλειψις, παρασιώπησις, ὑποσιώπησις, ἀντίφρασις*) et tria Latina, quae sunt praeteritio, omissio, occultatio. Nomen antiphrasis commemoratur etiam a Quintiliano IX, 2, 47, qui, ut statuerat jam Anaximenes 21 (I, p. 208 Spengel.), praeteritionem vult genus quoddam ironiae esse. Vide quae contra ejus sententiam, quam longum est hic fusius exponere, disputavit Volkmann. de art. rhet. Graec. et Rom. p. 427. Ceterum non semper oratores quod omittere se dicerent reapse commemo-

rasse*) docuit idem p. 428. Ubi quod attulit exemplum ex D. 3, 27, huic multa similia adjici posse ex ipsis locis, quos afferam, satis apparebit. In enumerandis causis, cur aliquid omitti soleret, quamvis sint diligenter versati antiqui rhetores, sunt tamen quae eos fugerint. Veluti saepe oratores quaedam ut vetera se relinquere dicunt, interdum etiam ut talia, quibus parem se orationem invenire posse non puteant. Utriusque generis exempla infra a me in unum collecta proferentur. Sed qualescunque illae causae fuerunt, hoc ante omnia tenendum existimo, plerumque ei membro, quo continetur praeteritio, aliud ut gravius opponi et magna saepe cum vi opponi. Quam rem ne a veteribus quidem neglectam**) multo minus mihi hac in commentatione negligendam esse doctus sum illis, quae de praeteritionis exemplis a Cicerone fictis disputavit Seyffert. schol. Lat. I. § 43. Praeterea cf. quae de oratoribus Graecis scienter exposuit Birkler. in programm. gymn. Ehing. 1867, p. 36.

Cum praeteritione artissime cohaerent nonnullae aliarum figurarum formae, quarum exempla praeteritionis exemplis addenda putavi. Hoc ex numero sunt aposiopesis et praecisio. De priore dixit Volkmann. p. 429, ubi commemoravit etiam hanc figuram a Cornificio praecisionem appellatam esse. Ego cum de praecisione loquor, non hanc formam significo, sed Seyfferti exemplum secutus eam potius, qua utitur qui brevitatis causa aut e magna eorum, quae commemorari possunt, copia unum vel pauca eligit aut quae jam commemoravit quaeque praeterea commemorari posse putat paucis comprehendit. Ex locis oratorum huc pertinentibus multi cum praeteritione tam arto continentur societatis vinculo, ut ab ea divelli non potuerint. Reliquos quominus in appendicem conjicerem, temporis exiguitate prohibitus ei commentationi inseram, quam propediem de revocatione deque reditu ad pro-

*) Ex eo, quod hoc plerumque fiebat, haud dubie nata est Anaximinis et Quintiliani sententia, indidemque repetenda appellatio antiphrasis. Cornificius mihi quibus verbis explicaverit figuram consideranti occultationis voci hanc vim tribuisse videtur, ut idem esset quod tecta occultaque rei significatio.

**) cf. loci, quos supra attuli, Demetr. de eloc. III, 318 et Apsin. de art. rhet. I, 371.

positum scribam. Ad has formas accedit tertia, qua mentio alicujus rei in aliud tempus differtur, quam ob causam a me dilatio vocabitur. Hujus figurae cum plura sint genera, unum cum praeteritione arta propinquitate copulatum pariter cum hac persequar. Reliqua, si per tempus licuisset, in altera appendice tractassem; nunc ea conjungam cum revocatione. Praeterea hic commemorandum est *σχῆμα ἐπιεικείας* sive *ἐπιεικοῦς*, quod Anonymus de fig. III, 148 Spengel. breviter sic definit: *ἐπιεικὲς σχῆμά ἐστιν, ὅταν τὰ ἑαυτοῦ καλὰ ἐλαττοῖ, τὰ δὲ τοῦ ἐναντίου ἢ τὰ καλὰ ἐπαίρῃ ἢ τὰ κακὰ μειοῖ.* Fusius de hoc genere explicavit Hermogenes de id. II, p. 369 sqq. Inprimis cf. quae dixit p. 374 *μετὰ ταύτην δὲ (μέθοδός ἐστιν ἐπιεικείας) ἡ ἐκ παραλείψεως. δοκεῖ γάρ πως ἐπιεικὲς εἶναι τὸ ἑκόντα παραλείπειν ὅσα τις εἰπεῖν ἔχει κατὰ τοῦ ἐχθροῦ ἢ καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ. καὶ πολύ γε τὸ ἀξιόπιστον διὰ τὴν ἐμφαινομένην ἐπιείκειαν αἱ παραλείψεις ἔχουσι κτἑ.* Exemplis, quae ibi a Demosthene deprompta attulit (9, 26. 18, 131. 268), adjunxi alia, quae aut continent praeteritionem aut ad praeteritionis exempla proxime accedunt. Vid. etiam quae scripsit Volkmann. l. l. p. 476. Idem vir doctus p. 423 de dubitatione disputavit, cujus figurae vis tam late patet, ut mirum esse non possit, si in hac quoque disputatione ejus mentio fiat. Restat ut illud hoc loco breviter significem, multos locos, quos afferam, Isocratis maxime et Demosthenis, insignes esse singulari quadam orationis copia et ubertate, quam rhetores Graeci *περιβολήν* dixerunt. Uberrime de ea egerunt Hermogenes II, p. 315 sqq. et Aristides II, p. 472 sqq. Spengel. In praeteritionis figura *περιβολή* praecipue in duabus rebus cernitur, in copiosa aut rerum, quae omittuntur, enumeratione aut causarum, cur aliquid praetermittatur, expositione. Hoc ex genere sunt praeteritionis exempla cum *περιβολῇ* conjuncta, quae sumpta a Demosthene (21, 15. 103. 129. 9, 26. 1, 13. 57, 66. 20, 76) protulit Aristides p. 481 sq. Ceterum vid. etiam Rehdantz. Dem. or. Phil. ind. I. s. v. et Volkmann. l. l. p. 472 sq. Ego quaedam, quae huc spectant, infra accuratius pertractabo.

Diu multumque mihi cogitanti, quemadmodum quae in legendis oratoribus Atticis omissionis exempla collegissem quam aptissime digererem, denique, sedis potissimum

locique ratione habita, optimum est visum quinque dividere hujus figurae genera. Quorum unum complectetur ea exempla, quae reperiuntur in transitu ad rei expositionem, alterum ea, quae in transitione ad rem novam posita sunt, tertium ea, a quibus, praeposita adversarii confirmatione, incipit refutatio, quartum ea, quae enunciato secundario vel parenthesi continentur, quintum illa ad revocationem prope accedentia, quae in clausula vel loci cujusdam vel totius orationis sunt collocata. Haec genera eorumque partes cum deinceps persecutus ero, breviter ea perstringam, quae praeterea et de eo membro, quo continetur omissio, et de illo, quod plerumque huic opponitur, admonenda mihi notandaque visa sunt. Priusquam autem ad rem ipsam aggrediar, unum addendum est, quod si silentio transmitterem, non recte agerem. Cum quae primo et alteri generi exempla attribui, horum multa iisdem inferantur particulis (*δέ, καί, δή, οὖν, τοίνυν*), pariter in transitu ad rei expositionem atque in transitu ad novum aliquid usitatis, fieri interdum potuit, ut in disponendis locis errarem. Ejusmodi errores si lectores animadverterint, eos ut in re non ita plana semper et aperta spero mihi veniam daturos.

PARS PRIOR.

I.

Praeteritio in transitu ad rei expositionem usurpata.

1) Membrum, quo continetur praeteritio, *ἀσυνδέτως* ad superiora adjicitur.

D. 22, 15 *ἄλλα πολλὰ ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν ἃ τῇ πόλει γέγονεν ἐκ τοῦ ταύτας (τὰς ναῦς) κατεσκευάσθαι καλῶς ἀγαθά. εἶεν. ἐκ δὲ τοῦ κακῶς πόσα δεινά; τὰ μὲν πόλλ' ἐάσω. ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Δεκελεικοῦ πολέμου — οὐ πρότερον τῷ πολέμῳ παρέστησαν, πρὶν τὸ ναυτικὸν αὐτῶν ἀπώλετο.* D. 19, 145 *τῇ μὲν δὴ πόλει ταῦτ' ἐκ τῆς εἰρήνης γέγονεν —, τοῖς δὲ πρέσβεσι τί τοῖς ταῦτα πράξασιν; τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ πάνθ', ὅσ' ἑοράκαθ' ὑμεῖς, οἰκίας, ξύλα, πυρούς, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν ἀπολωλότων συμμάχων χώρᾳ κτήματα καὶ γεωργίαι παμπληθεῖς.* Asyndeton talibus locis legitimum; vid. D. 14, 17. 21, 157. 23, 27. 199.

Item justum est asyndeton D. 20, 107 *τίνες οὖν εἰσιν αὗται (αἱ τιμαί); τὰς μὲν καθ' ἕκαστον ἐάσω, μίαν δ', ἣ συλλαβοῦσα τὰς ἄλλας ἔχει, δίειμι* (praecisio). D. 19, 331 *τὸν γὰρ Ἡγήσιππον ὁρᾶτε* (videte) *καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πρέσβεις πῶς ἐδέξατο. τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, ἀλλὰ Ξενοκλείδην τουτονὶ τὸν ποιητὴν ἐξεκήρυξεν.* D. 9, 60 *ἀλλ' ἐν Ὠρεῷ Φιλιστίδης μὲν ἔπραττε Φιλίππῳ —, Εὐφραῖος δέ τις —, ὅπως ἐλεύθεροι καὶ μηδενὸς δοῦλοι ἔσονται. οὗτος τὰ μὲν ἄλλ' ὡς ὑβρίζετο —, πόλλ' ἂν εἴη λέγειν· ἐνιαυτῷ δὲ πρότερον τῆς ἁλώσεως ἐνέδειξεν ὡς προδότην τὸν Φιλιστίδην.* Cum primo loco similia componere supersedeo, cum altero, ubi Markland. *καὶ τὰ μὲν* scribi voluit, cf. D. 3, 7. 18, 253. 23, 19. 129. 204. 18, 235, cum tertio D. 20, 146. 148. 150. 151.

2) Transitus ad expositionem particula *δέ* efficitur.

Aesch. 1, 170 *πολλοὺς δ' ὑπερβὰς ἑνὸς τῶν δεινὰ πεπονθότων ὑπὸ τούτου μνησθήσομαι* (praec.). Rarissime factum, ut pro duobus membris particulis *μέν* et *δέ* inter se oppositis participium cum verbo finito adhiberetur. Vid. praeter l. l. D. 18, 69. 19, 288. Gorg. Hel. 5. Is. 12, 192. 15, 320. Contrarius his locis est Is. 15, 46 *ταύτης μνησθεὶς ἐάσω τὰς ἄλλας*.

Pertinent huc etiam quaedam dubitationis exempla, quae a verbis *ἀπορῶ δέ* incipiunt, D. 18, 129 sq. Hyp. epit. IV, 26 sqq., quibuscum cf. (And.) 4, 10, ubi propositionem excipiunt verba *καίτοι ἀπορῶ γε*.

3) Nascitur expositio a particula *γάρ*.

Is. 4, 145 *καὶ μὴν οὐδὲ τὴν στρατιὰν τὴν μετὰ τοῦ βασιλέως περιπολοῦσαν, οὐδὲ τὴν Περσῶν ἀνδρίαν ἄξιον φοβηθῆναι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι φανερῶς ἐπεδείχθησαν ὑπὸ τῶν Κύρῳ συναναβάντων οὐδὲν βελτίους ὄντες τῶν ἐπὶ θαλάττῃ. τὰς μὲν γὰρ ἄλλας μάχας ὅσας ἡττήθησαν ἐῶ, καὶ τίθημι στασιάζειν αὐτοὺς καὶ μὴ βούλεσθαι προθύμως πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν τοῦ βασιλέως διακινδυνεύειν. ἀλλ' ἐπειδὴ κτἑ.* (*ἐπιείκεια*). Aesch. 3, 237 *τὰς μὲν γὰρ — δωροδοκίας παραλείπω· ὅταν δὲ κτἑ.* Aesch. 1, 39 *σκέψασθε δὲ ὡς μετρίως μέλλω προσφέρεσθαι Τιμάρχῳ τουτῳί. ἐγὼ γὰρ ὅσα μὲν παῖς ὢν εἰς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἡμάρτηκεν ἀφίημι, καὶ ἔστω ταῦτ' ἄκυρα ὥσπερ κτἑ.* (*ἐπιείκεια*).

4) Expositio pronomine relativo infertur.

Aesch. 1, 106 *ὧν* (*τῶν ἀρχῶν*) *τὰς μὲν πλείστας παρήσω, δυοῖν δ' ἢ τριῶν μόνον μνησθήσομαι* (praec.). D. 19, 276 *ὧν ἐγὼ τοὺς μὲν ἄλλους παραλείψω, τῶν δ' — ἑνὸς ἢ δυοῖν ἐπιμνησθήσομαι**) (praec.). Is. 9, 21 *περὶ οὗ τὰς μὲν φήμας καὶ τὰς μαντείας καὶ τὰς ὄψεις τὰς — αἱροῦμαι παραλιπεῖν, οὐκ ἀπιστῶν τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' ἵνα πᾶσι ποιήσω φανερόν, ὅτι τοσούτου δέω πλασάμενος εἰπεῖν τι περὶ τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων, ὥστε καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἀφίημι*

*) Ut in reliquis hujus generis exemplis fieri solet, sic hic quoque et Is. 4, 106. 12, 191 ante pron. rel. plenius interpungendum puto.

τὰ τοιαῦτα, περὶ ὧν κτέ. Is. 9, 51 ὧν τοὺς μὲν ἄλλους ὀνομαστὶ διελθεῖν πολὺ ἂν ἔργον εἴη. Κόνωνα δὲ — τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι κτέ. Din. 1, 37 sq. οὐκ ἀναμνήσεσθε τὰς τῶν πρεσβυτέρων πράξεις, οἳ —; ὧν τοὺς μὲν ἀρχαίους ἐκείνους μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, Ἀριστείδην καὶ Θεμιστοκλέα, τοὺς —, ἀλλὰ ταυτὶ τὰ μικρὸν πρὸ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας γεγενημένα ὑπὸ Κεφάλου κτέ. Recte Maetzner. acc. ταυτὶ τὰ κτέ. cogitatione referendum dicit ad praegressa οὐκ ἀναμνήσεσθε. Cf. D. 19, 145. Is. 4, 106 ἣν (πολιτείαν) οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ διὰ μακροτέρων ἐπαινεῖν, ἄλλως τε καὶ συντόμως ἔχοντα δηλῶσαι περὶ αὐτῆς. μετὰ γὰρ ταύτης κτέ. (praec. cf. Is. 3, 35). Is. 12, 105 περὶ ὧν οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ πλείω λέγοντα διατρίβειν, πλὴν ὅτι κτέ. (praec.). Is. 12, 126 περὶ οὗ πρὸ πολλοῦ ἂν ἐποιησάμην μὴ διειλέχθαι πρότερον περὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τῶν πεπραγμένων αὐτῷ. — ἐκεῖνα μὲν οὖν ἐάσομεν, ἐπειδὴ πρὸς τὸ παρὸν κατεχρησάμην, μιᾶς δὲ μόνον μνησθήσομαι πράξεως κτέ. Is. 12, 211 ἃς (πραγματείας) πάσας μὲν διεξιὼν πολὺν ὄχλον ἐμαυτῷ τ' ἂν παράσχοιμι καὶ τοῖς ἀκούουσι, μίαν δὲ μόνον εἰπὼν — οἶμαι δηλώσειν ἅπαντα τὸν τρόπον αὐτῶν (praec.). Is. 12, 191 οὓς ἅπαντας μὲν οὐθ' εὑρεῖν οὔτ' εἰπεῖν ἂν δυνηθείην, παραλιπὼν δὲ τὸν πλεῖστον ὄχλον τῶν — ὡς ἂν δύνωμαι συντομώτατα πειράσομαι δηλῶσαι τούς τ' κτέ. (praec.). Thuc. II, 36, 4 ὧν ἐγὼ τὰ μὲν κατὰ πολέμους ἔργα — μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος, ἐάσω. de verb. ἐν εἰδόσιν cf. IV, 59, 2. Anax. rhet. 29 (p. 215 ed. Spengel.). Gorg. Hel. 5 etc. (Is. 15, 259. Is. 15, 139 περὶ ὧν ἡδέως ἂν ἀπελογησάμην, εἰ καιρὸν εἶχον. νῦν δὲ ταῦτα μὲν ἐάσω, περὶ ἐμαυτοῦ δὲ καὶ — πάλιν ποιήσομαι τοὺς λόγους. Isae. 3, 11 περὶ ὧν εἰ δεήσειε καθ' ἕκαστον διελθεῖν, οὐκ ἂν πάνυ μικρὸν ἔργον γένοιτο. ἐὰν μὲν οὖν ὑμεῖς κελεύητε, περὶ ἐνίων μνησθείην ἂν αὐτῶν· εἰ δέ τισιν ὑμῶν ἀηδὲς ἀκούειν ἐστὶν —, αὐτὰς τὰς μαρτυρίας παρέξομαι.) Huc refero etiam D. 22, 12 οἶμαι γὰρ ἂν μηδέν' ἀντειπεῖν ὡς οὐχ ὅσα πώποτε τῇ πόλει γέγονεν ἢ νῦν ἔστιν ἀγαθὰ ἢ θάτερα, ἵνα μηδὲν εἴπω φλαῦρον, ἐκ τῆς τῶν τριήρων τὰ μὲν κτήσεως τὰ δ' ἀπουσίας γέγονεν. οἷον πολλὰ μὲν ἄν τις ἔχοι λέγειν καὶ παλαιὰ καὶ καινά. ἃ δ' οὖν πᾶσι μάλιστ' ἀκοῦσαι γνώριμα, τοῦτο μὲν κτέ., quo loco fortasse de Wolfii conjectura pro οἷον scribendum est οἷα. cf. Plat. Apol.

32c οἷα δὴ καὶ ἄλλοις ἐκεῖνοι πολλοῖς πολλὰ προσέταττον. Lys. 10, 20. D. 9, 21. 21, 15. Dion. Halic. histor. p. 241 ed. Krueger.

Dilationis exemplum huc pertinens praebet D. 24, 1 νόμον εἰσήνεγκεν οὔτ᾽ ἐπιτήδειον οὔτε δίκαιον· ὃς τὰ μὲν ἄλλ᾽ ὅσα λυμανεῖται —, τάχα δὴ καθ᾽ ἕκαστον ἐμοῦ μαθήσεσθε, ἓν δ᾽, ὃ μέγιστον ἔχω — πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, οὐκ ἀποτρέψομαι.

Exemplis allatis illa sunt adjungenda, in quibus enunciatum relativum causam prioris enunciati continet, de quo usu vid., ut alios omittam, Schneider. ad Is. 9, 49 et Frohberger. ad Lys. 12, 40.

(D.) 43, 68 μέλει αὐτοῖς οὐδὲν οὔτε τοῦ οἴκου ἐξερημουμένου τοῦ Ἁγνίου οὔτε τῶν ἄλλων ὅσα παρανομοῦσιν. οἵτινές γε, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, — τὰ μὲν ἄλλα τί ἄν τις λέγοι περὶ τούτων; πολλὰ γὰρ ἂν εἴη λέγειν· ἓν δὲ ὃ παρανομώτατον καὶ μιαρώτατον διαπεπραγμένοι εἰσί, καὶ μάλιστ᾽ ἐνδεικνύμενοι ὅτι κτέ. ἓν δὲ ὅ Turicenses secundum Σ Φ r, ἓν δὲ παρ. Bekker. et Dindorf. In oratione affectus plena non est cur quemquam anacoluthon offendat. D. 24, 107 καίτοι τίν᾽ ἂν ἀξίαν δοίης δίκην ἢ τί σὺ παθὼν ἂν τὰ προσήκοντ᾽ εἴης πεπονθώς; ὃς — τὰ μὲν ἄλλ᾽ ἐῶ, ἀλλὰ τοὺς τῷ γήρᾳ βοηθοὺς λυμαίνει, οἳ κτέ., cujus loci multo minor esset vis et gravitas, si dixisset orator ὅς, ἵνα τἄλλα παραλείπω, τοὺς τῷ γήρᾳ κτέ. Simillimus est locus, siquidem recte scriptus est a Dindorfio, D. 3, 27 τότε μὲν δὴ τοῦτον τὸν τρόπον εἶχε τὰ πράγματ᾽ ἐκείνοις, χρωμένοις οἷς εἶπον προστάταις· νυνὶ δὲ πῶς ἡμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τῶν νῦν τὰ πράγματ᾽ ἔχει; ἆρά γ᾽ ὁμοίως καὶ παραπλησίως; οἷ — τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πόλλ᾽ ἂν ἔχων εἰπεῖν· ἀλλ᾽ — ἀπεστερήμεθα μὲν κτέ. Quod Sauppius et Funkhaenel. oratorem scripsisse conjecerunt παραπλησίως (ἐκείνοις); τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, commendatur loco modo allato D. 19, 145 iisque, quos cum eo composui. Uteunque autem de loco statuitur, pro certo hoc affirmare me posse puto, neque, si retineatur pron. οἳ (οἷς), neque, si omittatur, recte ante verba τὰ μὲν ἄλλα particulam καί poni.

Comparari cum his locis potest dilationis exemplum D. 55, 22 ὃν ὅτι μὲν —, αὐτίκ᾽ εἴσεσθε σαφέστερον, ὅτι δ᾽ —, τοῦθ᾽ ὑμᾶς ἤδη πειράσομαι διδάσκειν.

5) Expositio a particula *καί* initium capit.

D. 19, 175 *αὐτὸς δ' ἰδίᾳ πάντα τὸν χρόνον ἐντυγχάνων οὐδ' ὁτιοῦν ἐπαύσατο Φιλίππῳ. καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, Δερκύλος δ' αὐτὸν ἐν Φεραῖς τὴν νύκτ' ἐφύλαττεν.* D. 21, 116 *καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ.* D. 21, 132 *καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, μυρί' εἰπεῖν ἔχων.*

Plat. Hipp. maj. 282 d *καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ.* Aesch. 1, 81 *καὶ τὰ μὲν παλαιὰ ἐάσω.* (D.) 25, 9 et 37 *καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐάσω.* D. 18, 131 *καὶ περὶ ὧν μέν ἐστί τις ἀμφισβήτησις, ὡς ἄρ' ὑπὲρ τῆς πόλεως εἴρηκεν, ἐάσω· ἃ δ' ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν φανερῶς ἀπεδείχθη πράττων, ταῦτ' ἀναμνήσω* (*ἐπιείκεια*, cf. Hermog. de id. II, 374 Spengel.).

Aesch. 3, 118 *καὶ τοὺς μὲν ἄλλους λόγους ὑπερβήσομαι. ἐπήει δ' οὖν μοι μνησθῆναι κτέ.* (sic Weidner. *ἐπῆλθε δέ μοι ἐπὶ τὴν γνώμην μν.* Schultz.).

Is. 14, 27 *καὶ τὰς μὲν παλαιὰς προδοσίας πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν.* Is. 19, 18 *καὶ περὶ μὲν τῶν παλαιῶν πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν.* (D.) 59, 91 *καὶ τοὺς μὲν πολλοὺς καὶ παλαιοὺς ἔργον διηγήσασθαι.* Thuc. IV, 59, 2 *καὶ περὶ μὲν — τί ἄν τις πᾶν τὸ ἐνὸν ἐκλέγων ἐν εἰδόσι μακρηγοροίη;* Is. 9, 31 *καὶ τοὺς μὲν θορύβους — καὶ τοὺς φόβους — καὶ τὰς παρακελεύσεις — τί δεῖ λέγοντα διατρίβειν;* Is. 4, 97 *καὶ τοὺς μὲν θορύβους — καὶ τὰς κραυγὰς καὶ τὰς παρακελεύσεις — οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ λέγοντα διατρίβειν.*

Isae. 1, 31 *καὶ ἐξ ὧν μὲν — περίεργόν ἐστι λέγειν.* And. 2, 21 *καὶ ὡς μὲν —, οὐδὲν προὔργου ἀκοῦσαι ὑμῖν· τὰ δὲ νυνὶ βούλομαι ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι κτέ.* Pro *τὰ δὲ νυνὶ* suspiceris *τάδε δὲ νυνὶ* scribendum esse; cf. 1, 9 *τὰ μὲν οὖν δίκαια γιγνώσκειν ὑμᾶς ἡγοῦμαι καὶ αὐτοὺς παρεσκευάσθαι —. τάδε δὲ ὑμῶν δέομαι.* 140. Ant. 5, 39. 6, 28. Is. 7, 66. 18, 23. 31. Thuc. VII, 64, 1. — And. 1, 149. Lyc. 14. 28. D. 18, 232. — (D.) 7, 37. Lys. 13, 52, de quibus alias accuratius exponam. Similiter Cicero plurali illa usus est; vid. Seyffert. schol. Lat. p. 62 ed. III. At librorum scriptura defenditur Aesch. 3, 64, ubi vid. Weidner. Is. 12, 102. Xen. Hell. VII, 5, 12, ubi cf. Buechsenschuetz. Plat. Apol. 39 c etc.

Is. 14, 40 *καὶ ταῦτ' ἐπὶ πλειόνων μὲν ἄν τις παραδειγμάτων ἔχοι διελθεῖν· τὰ δ' οὖν ἐφ' ἡμῶν γενόμενα τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι κτέ.*

D. 54, 9 *καὶ τὰ μὲν ἄλλα καὶ βλασφημίαν ἔχει τινα καὶ ὀνομάζειν ὀκνήσαιμ' ἂν ἐν ὑμῖν ἔνια.*

6) Transitus ad expositionem fit per particulas conclusivas (*τοίνυν, δή, οὖν*).

a) D. 22, 52 = 24, 163. D. 23, 125 *ὅτι μὲν τοίνυν — παραλείψω* (*ἐάσω*). Lys. 30, 2 *ὅτι μὲν τοίνυν —, καὶ οἷα —, καὶ ὅσα —, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν.*

b) D. 9, 21 *ὅτι μὲν δὴ μέγας — Φίλιππος ηὔξηται, καὶ ἀπίστως — ἔχουσι πρὸς αὐτοὺς οἱ Ἕλληνες, καὶ ὅτι — ποιήσασθαι, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτ' ἂν ἔχοιμι διεξελθεῖν, παραλείψω.* D. 9, 26 *Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Μεθώνην καὶ Ἀπολλωνίαν καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης ἐῶ, ἃς — εἰπεῖν· καὶ τὸ Φωκέων ἔθνος τοσοῦτον ἀνῃρημένον σιωπῶ* (Anonym. de fig. III, 149. Demetr. de eloc. III, 318. Arist. II, 481. Hermog. II, 374, qui h. l. ut *ἐπιεικείας* exemplum affert; cf. Rehdantz. ad l.). D. 23, 148 *ὅσα μὲν δὴ —, οὐ τίθημι ἐν ἀδικήματος μέρει, οὐδ' ὅτι —, ἀλλ' ἐῶ ταῦτα. διὰ τί; ὅτι —, ὥστ' οὐ πάνυ ταῦτ' ἀκριβολογεῖσθαι δεῖ τὸν δικαίως ἐξετάζοντα* (*ἐπιείκεια*, vid. Weber. p. 434; de verbo *ἀκριβολογεῖσθαι* cf. Aesch. 1, 40). D. 21, 103 *ὅτι μὲν δὴ λιποταξίου γραφὴν κατεσκεύασε κατ' ἐμοῦ καὶ — ἐμισθώσατο — ἐάσω. καὶ γὰρ οὔτ' — οὔθ' —. ἀλλ' ἐῶ τοῦτο· ἐφ' ᾗ γὰρ κτέ* (Arist. II, 481). D. 21, 129 *πάντα μὲν δὴ τὰ τούτῳ πεπραγμένα οὔτ' ἂν ἐγὼ δυναίμην πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν οὔτ' ἂν ὑμεῖς ὑπομείναιτ' ἀκούειν, οὐδ', εἰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν ὕδωρ ὑπάρξειε πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν τό τ' ἐμὸν καὶ τὸ τούτου προστεθέν, οὐκ ἂν ἐξαρκέσειεν* (Arist. II, 481).

c) D. 20, 52 *τὰ μὲν οὖν ἄλλ' ὅσα —, ἐάσω.* D. 24, 133 *τοὺς μὲν οὖν πρὸ Εὐκλείδου ἄρχοντος ἐάσω καὶ τοὺς σφόδρα παλαιούς. καίτοι κτέ.* (de enunciato per part. *καίτοι* praeteritioni addito cf. D. 18, 70. Aesch. 3, 53). D. 18, 60 *ἃ μὲν οὖν —, ἐάσω· οὐδὲν γὰρ ἡγοῦμαι τούτων εἶναι πρὸς ἐμέ.* D. 21, 15 *ὅσα μὲν οὖν —, ἢ —, ἢ τἆλλα πάνθ' ὅσα τοιαῦτα, ἐάσω· οὐ γὰρ ἀγνοῶ κτέ.* (Hermog. II, 431. Arist. II, 481).

D. 22, 70 *τὰ μὲν οὖν πόλλ' ὧν λέγων ὑμᾶς ἐφενάκιζε παραλείψω.* Is. 4, 54 *τὰς μὲν οὖν* (*ἱκετείας*) *ἢ νεωστὶ γεγενημένας ἢ περὶ μικρῶν ἐλθούσας παραλείψω.* Is. 15, 194 *ἃ*

μὲν οὖν — παραλείψω· καὶ γάρ ἐστι πλείω τοῦ καιροῦ τοῦ παρόντος.

Lys. 31, 20 *οἷα μὲν οὖν — παρήσω.*

Aesch. 1, 40 *ὅσοι μὲν οὖν τῶν ἐμπόρων ἢ τῶν ἄλλων ξένων ἢ τῶν πολιτῶν τῶν ἡμετέρων κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐχρήσαντο τῷ σώματι Τιμάρχου, ἑκὼν καὶ τούτους* (cf. § 39) *ὑπερβήσομαι, ἵνα μή μέ τις εἴπῃ ὡς ἄρα λίαν ἀκριβολογοῦμαι ἅπαντα* (*ἐπιείκεια*, cf. D. 23, 148).

Gorg. Hel. 5 *ὅστις μὲν οὖν καὶ δι' ὅτι καὶ ὅπως ἀπέπλησε τὸν ἔρωτα τὴν Ἑλένην λαβών, οὐ λέξω. τὸ γὰρ τοῖς εἰδόσιν ἃ ἴσασι λέγειν πίστιν μὲν ἔχει, τέρψιν δ' οὐ φέρει· τὸν χρόνον δὲ τῷ λόγῳ τὸν τότε* (*τῷ*) *νῦν ὑπερβὰς ἐπὶ — προβήσομαι.*

Lys. 3, 5 *ὅσα μὲν οὖν —, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν* Lys. 23, 11 *ὅσα μὲν οὖν —, πολὺς ἂν εἴη μοι λόγος διηγεῖσθαι.* (D.) 49, 66 *τὰ μὲν οὖν καθ' ἕκαστα πόλλ' ἂν εἴη λέγειν, ὧν κτέ.*

Is. 6, 21 *τοὺς μὲν οὖν κινδύνους — καὶ τὰς ἄλλας πράξεις τὰς οὐδὲν πρὸς τὸ παρὸν φερούσας τί δεῖ λέγοντα διατρίβειν;* Is. 14, 7 *περὶ μὲν οὖν — οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ μακρολογεῖν· τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι κτέ.*

Is. 15, 54 *ἅπαντας μὲν οὖν διὰ τέλους εἰπεῖν οὐκ ἂν δυναίμην· ὁ γὰρ χρόνος ὁ δεδομένος ἡμῖν ὀλίγος ἐστίν. ὥσπερ δὲ τῶν καρπῶν, ἐξενεγκεῖν ἑκάστου δεῖγμα πειράσομαι* (praec. — de subst. *δεῖγμα* cf. Is. 1, 11 *τὸ μὲν ἀκριβὲς αὐτῶν ἐν ἑτέροις καιροῖς δηλώσομεν, δεῖγμα δὲ τῆς Ἱππονίκου φύσεως νῦν ἐξενηνόχαμεν.* Dion. Hal. histor. p. 241 ed. Krueger. *πολλὰ τοιαῦτά τις ἂν εὕροι δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς ἱστορίας λεγόμενα. ἱκανὰ δὲ καὶ ταῦτα δείγματος ἕνεκα εἰρῆσθαι.* D. 23, 65 *ὧν ὡσπερεὶ δείγματος ἕνεκ' ἄξιόν ἐστιν ἓν ἢ δύ' ἀκοῦσαι*). Aesch. 1, 109 *ἅπαντα μὲν οὖν διεξελθεῖν ἃ —, πρὸς μικρὸν μέρος τῆς ἡμέρας οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν.*

Arist. rhet. 1, 4 (p. 16 Spengel.) *καθ' ἕκαστον μὲν οὖν ἀκριβῶς διαριθμήσασθαι — οὐ δεῖ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν ζητεῖν διὰ τὸ* c. inf.

Anaxim. rhet. 29 (p. 215) *ὅτι μὲν οὖν —, περίεργον εἶναι νομίζω πρὸς ὑμᾶς τοῦτό γε σαφῶς εἰδότας λέγειν.*

Isae. 1, 9 *ὁπότερος μὲν οὖν —, ἴσως οὐκ ἐμὸν ἔργον*

ἐστὶ κατηγορεῖν· πλὴν τοσοῦτόν γε ἂν δικαίως αὐτοῖς ἀμφοτέροις μεμψαίμην, ὅτι κτέ. (praec.).

D. 2, 3 sq. τὸ μὲν οὖν Φιλίππου ῥώμην διεξιέναι καὶ — οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι. διὰ τί; ὅτι —. ταῦτα μὲν οὖν παραλείψω. καὶ γὰρ εἰ —. ὧν οὖν —, οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν (insigne periboles exemplum; cf. Rehdantz. ad l.).

D. 20, 76 ὃν μὲν οὖν τρόπον —, καὶ ὡς —, καὶ ὅσ' —, καὶ ὅτι —, οὔτε πάνυ ῥᾴδιον κατὰ τὴν ἀξίαν εἰπεῖν, πολλή τ' αἰσχύνη λέγοντος ἐμοῦ ταῦτ' ἐλάττω φανῆναι τῆς ἐν ἑκάστῳ περὶ αὐτοῦ δόξης ὑπαρχούσης (Arist. II, 481 sq. Spengel.). Plat. Menex. 239 b Εὐμόλπου μὲν οὖν καὶ Ἀμαζόνων — καὶ — ὡς ἠμύναντο, καὶ ὡς ἤμυναν — καὶ —, ὅ τε χρόνος βραχὺς ἀξίως διηγήσασθαι, ποιηταί τε αὐτῶν ἤδη ἱκανῶς τὴν ἀρετὴν — εἰς πάντας μεμηνύκασιν. ἐὰν οὖν —. ταῦτα μὲν οὖν διὰ ταῦτα δοκεῖ μοι ἐᾶν, ἐπειδὴ καὶ ἔχει τὴν ἀξίαν. Hyp. epit. III περὶ μὲν οὖν τῆς πόλεως διεξιέναι τὸ καθ' ἕκαστον ὧν πρότερον (εὐηργέτηκεν) πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα οὔτε ὁ χρόνος ὁ παρὼν ἱκανός, οὔτε ὁ καιρὸς ἁρμόττων τῷ μακρολογεῖν, οὔτε ῥᾴδιον ἕνα ὄντα τοσαύτας καὶ τηλικαύτας πράξεις ἐπελθεῖν (διελθεῖν Saupp.) καὶ μνημονεῦσαι· ἐπὶ κεφαλαίων δ' οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν περὶ αὐτῆς (praec.). (D.) 43, 20 περὶ μὲν οὖν — τί ἂν ἐγὼ ὑμῖν, ὦ ἄ. δ., πράγματα παρέχοιμι ἢ ἐμαυτῷ, ἐξηγούμενος περὶ ἑκάστου; ὄντες γὰρ —. περίεργον δή μοι δοκεῖ εἶναι λέγειν τι περὶ τούτων, πλὴν ὅσ' ἐξ ἀνάγκης ἐστὶν ἐπιμνησθῆναι. (D.) 48, 7 ὅσα μὲν οὖν —, τί ἂν ἐγὼ ταῦτα διηγούμενος ἢ ὑμῖν πράγματα παρέχοιμι ἢ ἐμαυτῷ ἐνοχλοίην; Has duas orationes ab eodem homine compositas esse idoneas ob causas a sermone potissimum petitas statuit A. Schaefer. Demosth. III, 2, p. 240 sq. Quod si verum est, licebit etiam altera ad alterius verba emendanda uti. Cum igitur Sauppius 48, 7 scribendum putet ἢ ὑμῖν ἐνοχλοίην ἢ ἐμαυτῷ πράγματα παρέχοιμι, equidem permotus iis, quae scripta leguntur 43, 20, verbum ἐνοχλοίην ut ex interpretatione ortum exterminari malim; cf. etiam Is. 12, 211 πολὺν ὄχλον ἐμαυτῷ τ' ἂν παράσχοιμι καὶ τοῖς ἀκούουσιν. Itemque ut 48, 7 ita etiam 43, 20 repetita particula ἢ ὑμῖν — ἢ ἐμαυτῷ scribendum esse crediderim. Cf. Lys. 12, 1 ἀνάγκη ἢ

τὸν κατήγορον ἀπειπεῖν ἢ τὸν χρόνον ἐπιλιπεῖν quaeque infra dicam de aliis locis simili membrorum concinnitate insignibus.

Is. 4, 66 *ἅπαντας μὲν οὖν ἐξαριθμῶν τοὺς κινδύνους λίαν ἂν μακρολογοίην· ἐπὶ δὲ τῶν μεγίστων στὰς τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ὀλίγῳ πρότερον πειράσομαι καὶ περὶ τούτων διελθεῖν.* (D.) 61, 27 *ἅπαντας μὲν οὖν εἰ διεξιοίην τοὺς ἀγῶνας, ἴσως ἂν ἄκαιρον μῆκος ἡμῖν ἐπιγένοιτο τῷ λόγῳ· ἑνὸς δ', ἐν ᾧ πολὺ διήνεγκας, μνησθεὶς ταῦτά τε δηλώσω καὶ τῇ τῶν ἀκουόντων δυνάμει συμμετρότερον φανήσομαι χρώμενος.* Is. 6, 42 *τοὺς μὲν οὖν παλαιοὺς κινδύνους εἰ διεξιοίην, οὓς ἐποιήσαντο πρὸς —, ἴσως ἀρχαῖα καὶ πόρρω τῶν νῦν παρόντων λέγειν ἂν δοκοίην.* Is. 5, 59 *καθ' ἕκαστον μὲν οὖν τῶν τότε γενομένων εἴ τις λέγειν ἐπιχειρήσειεν, οὔτ' ἂν διελθεῖν ἀκριβῶς δύναιτο, πρός τε τὸ παρὸν ἴσως ἂν ἐνοχλήσειεν.* (And.) 4, 10 *περὶ μὲν οὖν — καθ' ἕκαστον εἰ δεήσειε λέγειν, οὐκ ἂν ἐξαρκέσειεν ὁ παρὼν χρόνος, ἅμα δὲ πολλοῖς ἀπεχθοίμην τῶν πολιτῶν, φανερὰς τὰς συμφορὰς ποιῶν αὐτῶν.* Pro *δεήσει* recte de Baiteri conjectura *δεήσειε* scripsit Blass., cf. praeter eos locos, de quibus nunc ipsum agimus, Isae. 3, 11; pro *οὐκ — ἅμα δὲ πολλοῖς* bonus orator dixisset *οὔτ' — πολλοῖς τ'*. — Is. 9, 34 *εἰ μὲν οὖν πρὸς ἕκαστον αὐτῶν τὰς πράξεις τὰς Εὐαγόρου παραβάλλοιμεν, οὔτ' ἂν ὁ λόγος ἴσως τοῖς καιροῖς ἁρμόσειεν, οὔτ' ἂν ὁ χρόνος τοῖς λεγομένοις ἐξαρκέσειεν· ἢν δὲ προελόμενοι τοὺς εὐδοκιμωτάτους ἐπὶ τούτων σκοπῶμεν, οὐδὲν μὲν χεῖρον ἐξετῶμεν, πολὺ δὲ συντομώτερον διαλεχθησόμεθα περὶ αὐτῶν.* De posteriore membro cf. (D.) 61, 27.

(D.) 53, 3 *εἰ μὲν οὖν μοι ἦν ἱκανὸν τὸ ὕδωρ διηγήσασθαι πρὸς ὑμᾶς τὰ ἐξ ἀρχῆς —, εὖ οἶδ' ὅτι —· νῦν δ' οὐδὲ διπλάσιόν μοι τούτου ὕδωρ ἱκανὸν ἂν γένοιτο. τὰ μὲν οὖν μέγιστα — ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, τὰ δὲ πολλὰ ἐάσω.* De membrorum inversione (alius est generis D. 39, 25) non habeo quod conferam nisi Aesch. 3, 213 *περὶ δὲ Κτησιφῶντος βραχέα βούλομαι εἰπεῖν, τὰ δὲ πολλὰ ὑπερβήσομαι.* At ibi quae proxime subsequuntur suadere videntur, ut verba *βραχέα βούλομαι εἰπεῖν* ex interpolatione orta esse credamus.

His locis nonnulla dilationis exempla adjicio:

(D.) 61, 9 *καθ' ὅλου μὲν τοίνυν τῶν ὑπαρχόντων σοι πρὸς*

ἀρετὴν ἴσως ὕστερον ἁρμόσει τὰ πλείω διελθεῖν· ἃ δ' ἑκάστου τούτων ἐγκώμια εἰπεῖν ἔχω, ταῦτα δηλῶσαι πειράσομαι μετ' ἀληθείας. D. 16, 3 τὰ μὲν οὖν ἄλλ' ὕστερον, ἂν ὑμῖν βουλομένοις ᾖ, λέξω· ἀπὸ δὲ — ἄρξομαι ἃ κράτιστα νομίζω διδάσκειν. Is. 12, 42 τοὺς μὲν οὖν παλαιοὺς ἀγῶνας — ὕστερον ἐροῦμεν, νῦν δὲ ποιήσομαι περὶ ἐκείνων τοὺς λόγους ἀρξάμενος, ἐπειδὴ κτέ. Is. 9, 57 περὶ μὲν οὖν Κόνωνος ἄλλος ἡμῖν ἔσται λόγος· ὅτι δὲ κτέ. Arist. rhet. 1, 12 (p. 47 Spengel.) ποῖα μὲν οὖν —, ἐν τοῖς ὕστερον ῥηθήσεται κτέ.*) Affero hic etiam, quamquam non prorsus ejusdem sunt generis, (D.) 44, 12 περὶ μὲν οὖν — σαφῶς ὑμᾶς ὕστερον διδάξομεν· περὶ δὲ τοῦτο δεῖ μαθεῖν ὑμᾶς. D. 27, 12 ἃ μὲν οὖν —, τότ' ἐξαρκέσει περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, ὅταν —. ἃ δὲ —, περὶ τούτων ἤδη ποιήσομαι τοὺς λόγους. — (D.) 44, 5 περὶ μὲν οὖν — καὶ προιόντος τοῦ λόγου σαφέστερον ἀκούσεσθε· ὑπὲρ αὐτῆς δὲ τῆς μαρτυρίας — ἤδη νομίζω δεῖν διδάσκειν. Arist. rhet. 1, 10 (p. 41) ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐροῦμεν, νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν εἴπωμεν πρῶτον, ubi idem reperitur chiasmus atque Is. 12, 42. Cum locis, quos primos posui, plane congruit Cic. or. 49, 163 „Duae sunt igitur res, quae permulceant aures, sonus et numerus. De numero mox, nunc de sono quaerimus“, in quo verborum collocatio item est chiastica.

II.

Praeteritio in transitione ad rem novam usurpata.

1) Enunciatum ἀσυνδέτως ad superiora adjungitur.

Is. 5, 22 ταῦτ' ἀκούσας ὡς μὲν —, παραλείψω, μὴ καὶ δόξω τισὶ —· λυπήσας δ' οὖν κτέ. Praeterea huc referri licet D. 9, 35 οὐ Κορινθίων ἐπ' Ἀμβρακίαν ἐλήλυθε καὶ Λευκάδα; οὐκ Ἀχαιῶν Ναύπακτον ὀμώμοκεν Αἰτωλοῖς παραδώσειν; οὐχὶ

*) Horum exemplorum contraria sunt Is. 8, 63 ἃ μὲν οὖν — ὀλίγῳ πρότερον εἰρήκαμεν· ὡς δ' κτέ. Is. 15, 93 καὶ τοὺς μὲν λόγους ὀλίγῳ πρότερον ἀνέγνωμεν ὑμῖν, τοὺς δὲ — δηλώσω. Arist. rhet. 1, 10 (p. 42) περὶ μὲν οὖν — εἴρηται πρότερον, περὶ δὲ — εἴπωμεν νῦν. Anax. rhet. 6 fin. περὶ μὲν οὖν — πρότερον διωρισάμην —· νῦν δὲ περὶ τῶν ἄλλων δηλώσω. Vid. etiam Is. 12, 189—191.

Θηβαίων Ἐχῖνον ἀφῄρηται; οὐχ ἡμῶν, ἐῶ τἆλλα, ἀλλὰ Χερρονήσου τὴν μεγίστην ἔχει πόλιν Καρδίαν; cf. exempla supra allata D. 3, 27. 24, 107 quaeque ad hunc l. adnotaverunt intt. Non plura, quae huc pertineant, a me reperta esse, nemini mirum videbitur.

2) Transitus per particulam *δέ* efficitur.

D. 23, 208 *νῦν δ' ἰδίᾳ μὲν ἑκάστῳ τῶν τὰ κοινὰ πραττόντων τοσαύτη περιουσία ἐστὶν ὥστε —· δημοσίᾳ δ' ὑμεῖς ἃ μὲν οἰκοδομεῖτε καὶ κονιᾶτε, ὡς μικρὰ καὶ γλίσχρα, αἰσχύνη λέγειν, ἀλλ' ἔχετ' εἰπεῖν ὅτι κοινῇ κτησάμενοι καταλείψετε, ὥσπερ ἐκεῖνοι Χερρόνησον, Ἀμφίπολιν, δόξαν ἔργων καλῶν;* — D. 8, 63 *ὑμεῖς δ' ὧν μὲν ἀπεστέρησθε, σιωπῶ· ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι πόσ' ἐξηπάτησθε, πόσων ἀπεστέρησθε.* Post *ὧν μὲν* excidisse aliquid manifestum mihi videtur; quid exciderit, utrum *πρότερον*, ut visum est Doederlinio, an *ἐν τῷ πολέμῳ* an *ἄλλων* an si quid praeterea excogitari potest, quis est qui dijudicet? D. 18, 214· *ἃ δ' ἡμεῖς πρὸς ταῦτα* (sc. *εἴπομεν*), *τὰ μὲν καθ' ἕκαστ' ἐγὼ μὲν ἀντὶ παντὸς ἂν τιμησαίμην εἰπεῖν τοῦ βίου, ὑμᾶς δὲ δέδοικα μή, παρεληλυθότων τῶν καιρῶν, ὥσπερανεὶ καὶ κατακλυσμὸν γεγενῆσθαι τῶν πραγμάτων ἡγούμενοι, μάταιον ὄχλον τοὺς περὶ τούτων λόγους νομίσητε· ὅτι δ' οὖν ἐπείσαμεν ἡμεῖς καὶ ἡμῖν ἀπεκρίναντο, ἀκούσατε* (praec.). Lys. 13, 65 *περὶ δὲ συκοφαντίας, ὅσας οὗτος ᾗ — ᾗ — ᾗ —, οὐδέν με δεῖ καθ' ἕκαστον λέγειν· συλλήβδην γὰρ ὑμεῖς ἅπαντες κτέ.* Assentior iis, qui totum locum § 65—66 spurium esse judicant. — Isae. 5, 17 *ἐπειδὴ δὲ τοῦτο φανερὸν ἐγένετο —, ἃ μὲν — ᾗ ὅσα —, οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ λέγειν, ἃ δὲ —, ταῦτα ἀκούσατε.* D. 37, 12 *ὡς δὲ συνήλθομεν, τὰ μὲν πολλὰ τί δεῖ λέγειν; ἧκον δ' κτέ.* D. 18, 88 *τούτων δὲ γιγνομένων ὅτι μὲν προσῆκε ποιεῖν ὑμᾶς, οὐκ ἐπερωτήσω· δῆλον γάρ ἐστιν ἅπασιν· ἀλλὰ τίς ἦν κτέ.* — Aesch. 3, 213 *περὶ δὲ Κτησιφῶντος τοῦ γράψαντος τὴν γνώμην βραχέα βούλομαι εἰπεῖν, τὰ δὲ πολλὰ ὑπερβήσομαι, ἵνα καὶ πεῖραν λάβω, εἰ δύνασθε τοὺς σφόδρα πονηρούς, κἂν μή τις προείπῃ, διαγιγνώσκειν· ὃ δ' ἐστὶ κοινὸν καὶ δίκαιον κατ' ἀμφοτέρων αὐτῶν ἀπαγγεῖλαι πρὸς ὑμᾶς, τοῦτ' ἐρῶ.* Tetigi hunc locum jam supra, ubi de (D.) 53, 3 dixi. Nihil in eo offensionis esse putarem, si concluderetur enunciatum verbo

διαγιγνώσκειν. Nunc vero, cum membrum adversativum addatur, ejectis verbis *βραχέα βούλομαι εἰπεῖν* et particula *δέ*, quae sequitur, in particulam *μέν* mutata locum sic effingendum opinor: *περὶ δὲ Κτησιφῶντος — τὰ μὲν πολλὰ ὑπερβήσομαι, ἵνα —· ὃ δ' —, τοῦτ' ἐρῶ*. Quo facto multo gravior evadet oratio multoque magis hoc praeteritionis exemplum congruet cum reliquis. De oppositionis vi in eo membro, quod praeteritionem excipit, per pron. *οὗτος* adaucta infra pluribus disseram. Displicuisse videtur grammaticis vocula *περί* absolute praeposita. At saepe *περί*, interdum etiam *ὑπέρ* in transitu sic usurpatur; de Aeschine ipso cf. 1, 136. 158. 3, 209. 221 (1, 131). Cum hoc, de quo quaerimus loco, inprimis comparandum est exemplum Demosthenicum, quod infra proferam, 18, 120. Multis autem interpolationibus depravatam esse Aeschinis orationem in Ctesiphontem habitam docuit Weidner. in praef. editionis, quae apud Teubnerum prodiit, p. XXV sqq.

Is. 15, 114 *ἠβουλόμην δ' ἄν, ὥσπερ ἐξαριθμῆσαι τὰς πράξεις ῥᾴδιον γέγονεν, οὕτως οἷόν τ' εἶναι δηλῶσαι τοὺς καιρούς, ἐν οἷς —· πολὺ γὰρ ἂν —. νῦν δὲ ταῦτα μὲν ἐάσω διὰ τὸ πλῆθος, ἡγοῦμαι δ' ὑμᾶς κτέ.* Is. 18, 51 *ἠβουλόμην δ' ἂν ὑμᾶς ὁμοίως ἐμοὶ γιγνώσκειν αὐτόν, ἵν' —. νῦν δὲ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὅσοις ἐπιβεβούλευκε, καὶ δίκας οἵας — καὶ —, καὶ μεθ' ὧν — καὶ καθ' ὧν —, οὐδ' ἂν δὶς τοσοῦτον ὕδωρ ἱκανὸν διηγήσασθαι γένοιτο· ἓν δὲ μόνον ἀκούσαντες τῶν τούτῳ πεπραγμένων καὶ τὴν ἄλλην αὐτοῦ πονηρίαν γνώσεσθε* (praec.). Lys. 3, 44 *ἐβουλόμην δ' ἂν ἐξεῖναί μοι παρ' ὑμῖν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἐπιδεῖξαι τὴν τούτου πονηρίαν, ἵνα ἠπίστασθε ὅτι —. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἐάσω· ὃ δ' ἡγοῦμαι —, περὶ τούτου μνησθήσομαι.*

Dubitationis exemplum, quod huc referendum est, praebet Is. 10, 29 *ἀπορῶ δ' ὅτι χρήσωμαι τοῖς ἐπιλοίποις· ἐπιστὰς γὰρ ἐπὶ τὰ Θησέως ἔργα — ὀκνῶ μὲν μεταξὺ παύσασθαι καὶ παραλιπεῖν —, αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῶν καιρῶν καὶ δέδοικα μή τισι δόξω —. ἐξ ἀμφοτέρων οὖν τούτων αἱροῦμαι τὰ μὲν πλεῖστα παραλιπεῖν —, περὶ δὲ τῶν ἄλλων ὡς ἂν δύνωμαι συντομώτατα διελθεῖν.*

Exemplum dilationis huc spectans reperitur D. 57, 16 *ὅθεν δ' οὗτοι συνέστησαν, ταῦτα, ἐπειδὰν περὶ τοῦ γένους εἴπω, τότε, ἂν βούλησθε ἀκούειν, ἐρῶ· νῦν δὲ τί δίκαιον νομίζω*

καὶ τί παρεσκεύασμαι ποιεῖν, ἃ. δ.; Cf. etiam Arist. rhet. 1, 2 (p. 10) *τὴν δ' αἰτίαν — ἐροῦμεν ὕστερον· νῦν δὲ κτέ.* et (D.) 50, 31 *τούτου δὲ τὸ αἴτιον ἐγὼ ὑμᾶς προιόντος τοῦ λόγου διδάξω.* Simillime Cicero or. 63, 212 Quo autem pacto deceat incise membratimve dici jam videbimus; nunc — dicendum est.

3) Transitus particula *καί* perficitur.

Is. 16, 21 *καὶ μετὰ ταῦτα καθ' ἕκαστον μέν, ὅσας τριήρεις ἔλαβεν ἢ — ἢ — ἢ —, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν· πλείστων δὲ κινδύνων κτέ.* (praec., cf. D. 20, 78). D. 20, 33 *καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πόλλ' ἂν ἔχων εἰπεῖν, ὅσ' κτέ.* Ant. 1, 18 *καὶ τὰ μὲν ἄλλα μακρότερος ἂν εἴη λόγος περὶ τοῦ δείπνου ἐμοί τε διηγήσασθαι ὑμῖν τ' ἀκοῦσαι· ἀλλὰ πειράσομαι τὰ λοιπὰ ὡς ἐν βραχυτάτοις ὑμῖν διηγήσασθαι.*

4) In enunciati principio particulae *καὶ μήν* positae sunt.

D. 18, 120 *καὶ μὴν περὶ τοῦ γ' ἐν τῷ θεάτρῳ κηρύττεσθαι, τὸ μὲν μυριάκις μυρίους κεκηρῦχθαι παραλείπω καὶ τὸ κτέ.* D. 19, 288 *καὶ μὴν εἰς ὅσην ἀτιμίαν —, πάντα τἄλλ' ἀφείς, ὃ πάντες ὑμεῖς ἴστ' ἐρῶ.* Ab his duobus exemplis diversum est tertium Is. 4, 36 *καὶ μὴν ὅσης προσήκει τιμῆς τυγχάνειν —, περίεργον διδάσκειν· οὐδεὶς γὰρ ἂν δύναιτο κτέ.* Ibi enim *καὶ μήν* non transeuntis est ad novum aliquid, sed idem fere significat quod *καίτοι* (nun aber). Qui usus quibus terminis apud oratores circumscriptus fuerit, alio loco ostendere conabor; interim cf. quae ad l. l. adnotavit Schneider.

Adn. Constat apud Xenophontem saepenumero transitum ad rem novam fieri per particulas *γὲ μήν*. Ad rem, de qua quaerimus, pertinet Ages. 7, 1 *ὡς γε μὴν φιλόπολις ἦν καθ' ἓν μὲν ἕκαστον μακρὸν ἂν εἴη γράφειν· οἴομαι γὰρ —· ὡς δ' ἐν βραχεῖ εἰπεῖν, ἅπαντες ἐπιστάμεθα κτέ.* (praec.). Apud oratores hic usus non reperitur.

5) Res nova per particulas conclusivas infertur.

Lys. 12, 43 *τὸν μὲν τοίνυν μεταξὺ βίον αὐτοῦ παρήσω.* D. 8, 52 *πάντα τοίνυν τἄλλ' εἰπὼν ἂν ἡδέως καὶ δείξας —, τὰ μὲν ἄλλ' ἐάσω.* Spurius, ut videtur, est alter Lysiae

locus 13, 65 *πολλὰ τοίνυν, ὅσα —, πολὺ ἂν εἴη ἔργον λέγειν.*

Praeterea cf. Is. 5, 109 sq. Ab his exemplis paululum distat D. 19, 180 *τοῦτο τοίνυν αὐτὸ ἄνευ τῶν ἄλλων ἡλίκον ἔστ' ἀδίκημα, τὸ Θρᾴκην καὶ τὰ Τείχη προέσθαι, μυρί' ἂν εἴη λέγειν.* Extrema recte explicat Schaefer. „copiosissima oratione posset demonstrari, si tempus pateretur".

Lys. 14, 28 *ὅσα μὲν οὖν ἢ εἰς — ἢ εἰς — ἢ περὶ — ἢ περὶ — ἡμάρτηκε, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν.* Lys. 32, 26 *καθ' ἕκαστον μὲν οὖν πολὺ ἂν ἔργον εἴη πρὸς ὑμᾶς λογίζεσθαι.*

Comparari possunt haec dilationis exempla: D. 6, 28 *περὶ μὲν δὴ τῶν ὑμῖν πρακτέων καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς ὕστερον βουλεύσεσθε, ἂν σωφρονῆτε· ἃ δὲ —, ταῦτα δὴ λέξω.* D. 19, 17 *ὃν μὲν οὖν τρόπον —, αὐτίκ' ἀκούσεσθε· ἀλλ' ἐπειδὴ κτέ.* Plat. Protag. 257 b *ἥτις μὲν τοίνυν —, εἰσαῦθις σκεψόμεθα· ὅτι δὲ κτέ.*

6) Propositioni rei novae *ὁρισμός* praeponitur*).

Anaxim. rhet. 2 (p. 181 Spengel.) *περὶ μὲν οὖν — οὕτω δεῖ νομοθετεῖν, περὶ δὲ — καθ' ἓν μὲν ἕκαστον διελθεῖν πολὺ ἂν ἔργον εἴη, συλλήβδην δὲ δεῖ κτέ.* (praec.). D. 60, 6 *τὰ μὲν οὖν εἰς γένος ἀνήκοντα τοιαῦτα δι' αἰῶνος ὑπάρχει τοῖς τῶνδε τῶν ἀνδρῶν προγόνοις· τὰ δ' εἰς ἀνδρίαν — πάντα μὲν κατοκνῶ λέγειν — φυλαττόμενος μὴ μῆκος ἄκαιρον*

---

*) Substantivo *ορισμός* usus sum auctore Anaximene, a quo c. 32 (p. 221 Spengel.) *παλιλλογία* et *ὁρισμός* sic distinguuntur: *ὅταν δὲ ἅπαντα τοῦτον τὸν τρόπον μετιόντες διέλθωμεν —, ἐὰν μὲν μακρὸν ᾖ τὸ μέρος καὶ βουλώμεθα μνημονεύεσθαι, συντόμως παλιλλογήσομεν, ἐὰν δὲ μέτριον ᾖ καὶ μνημονεύηται, αὐτὸ τὸ μέρος ὁρισάμενοι πάλιν ἕτερον προθησόμεθα· ἔστι δὲ ὃ λέγω τοιόνδε· „ὡς μὲν δίκαιόν ἐστιν ἡμᾶς βοηθεῖν Συρακουσίοις, ἐκ τῶν εἰρημένων ἱκανῶς ἐπιδεδεῖχθαι νομίζω· ὡς δὲ καὶ συμφέρει ταῦτα πράττειν ἐπιχειρήσω διδάσκειν". — καὶ ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ μέρους ἢ παλιλλογίαν ἢ ὁρισμὸν ἐπιθείς, πάλιν ἕτερον ὅτι ἂν ὑπάρχῃ προτίθει.* Cf. c. 35 (p. 227) *ἢ παλιλλογήσαντες συντόμως τὰ προειρημένα, ἢ πέρατι τὸ μέρος τελευταῖον ὁρισάμενοι.* Ceterum potui etiam voce sejunctionis uti; vid. Cic. de or. III, 53, 203 propositio quid sis dicturus et ab eo, quod est dictum, sejunctio coll. Quint. 9, 1, 28. 2, 2.

ἐγγένηται τῷ λόγῳ· ἃ δ' —, ταῦτα ἐπὶ κεφαλαίων εἰπεῖν πειράσομαι (praec.).

Is. 18, 58 ἀλλὰ γὰρ Καλλιμάχου μὲν ἐξέσται πολλάκις κατηγορεῖν, οὕτω γὰρ — (revocatio), περὶ δ' ἐμαυτοῦ τὰς μὲν ἄλλας πάσας παραλείψω λειτουργίας, ἧς δ' κτέ. D. 18, 268 ἐν μὲν τοίνυν τοῖς πρὸς τὴν πόλιν τοιοῦτος (ἦν ἐγώ)· ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις εἰ μὴ πάντες ἴσθ' ὅτι κοινὸς —, σιωπῶ καὶ οὐδὲν ἂν εἴποιμι, οὐδὲ παρασχοίμην περὶ τούτων οὐδεμίαν μαρτυρίαν, οὔτ' εἴ τινας —, οὔτ' εἴ τισι —, οὔτε τῶν τοιούτων οὐδέν. καὶ γὰρ —. οὐ δὴ ποιήσω τούτων οὐδὲν κτέ. (ἐπιείκεια, cf. Hermog. II, p. 431 et p. 374. Anonym. de fig. III, p. 149 Spengel.) D. 20, 13 τὸ μὲν τοίνυν τῆς πόλεως ἦθος — καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν καὶ ἐφ' ὧν εἶπον ἴδοι τις ἂν τοιοῦτον, ἀψευδὲς καὶ χρηστόν —· τὸ δὲ τοῦ θέντος τὸν νόμον τὰ μὲν ἄλλ' ἔγωγ' οὐκ οἶδα, οὐδὲ λέγω φλαῦρον οὐδὲν οὐδὲ σύνοιδα, ἐκ δὲ τοῦ νόμου σκοπῶν εὑρίσκω πολὺ τούτου κεχωρισμένον (ἐπιείκεια, cf. Hermog. II, p. 372. Anonym. de fig. III, p. 148 Spengel.). Is. 5, 83 περὶ μὲν οὖν τῶν ἐμῶν καὶ — σχεδὸν ἀκήκοας, περὶ δὲ τῆς στρατείας — ταῖς μὲν πόλεσιν — τότε συμβουλεύσομεν, ὡς —, ὅταν ἴδωμεν αὐτὰς ὁμονοούσας, πρὸς σὲ δὲ νῦν ποιήσομαι τοὺς λόγους (dilatio). Is. 12, 33 περὶ μὲν οὖν τῶν πεπαιδευμένων τυγχάνω ταῦτα γιγνώσκων· περὶ δὲ τῆς Ὁμήρου καὶ — ἐπιθυμῶ μὲν εἰπεῖν —, αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῆς συμμετρίας τῆς συντεταγμένης τοῖς προοιμίοις —. περὶ μὲν οὖν τῶν ποιητῶν αὖθις ἐροῦμεν —, περὶ δὲ — ἤδη ποιήσομαι τοὺς λόγους (dilatio). (Plat. Menex. 241a τὰ μὲν οὖν ἀριστεῖα τῷ λόγῳ ἐκείνοις ἀναθετέον, τὰ δὲ δευτερεῖα τοῖς περὶ Σαλαμῖνα καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχήσασι καὶ νικήσασι. καὶ γὰρ τούτων τῶν ἀνδρῶν πολλὰ μὲν ἄν τις ἔχοι διελθεῖν, καὶ οἷα —, καὶ ὡς —· ὃ δέ μοι δοκεῖ καὶ ἐκείνων κάλλιστον εἶναι, τούτου μνησθήσομαι, ὅτι κτέ.)

Addere hic liceat duo clarissima omissionis exempla, quorum alterum est Aesch. 3, 51 sqq., alterum D. 18, 69. Atque Aeschines quidem transgressus ad tertiam orationis partem sibimet demonstrandum ait laudem Demostheni a Ctesiphonte tributam fictam esse et ementitam, adversario autem contra dicendum, judicibus denique, uter veriora dixerit, dijudicandum. Quibus expositis, antequam publicas Demosthenis actiones exa-

minet, de privata ejus vita artificiosa praeteritione adhibita haec dicit: ἔχει δ' οὕτως. ἐγὼ τὸν μὲν βίον τὸν Δημοσθένους ἐξετάζειν μακροτέρου λόγου ἔργον ἡγοῦμαι εἶναι. τί γὰρ δεῖ νῦν ταῦτα λέγειν, ἢ τὰ περὶ τὴν τοῦ τραύματος γραφὴν αὐτῷ συμβεβηκότα, ὅτ' —, καὶ τὴν τῆς κεφαλῆς ἐπιτομήν· ἢ τὰ περὶ τὴν —, ὅτε —· καὶ ταῦτ' ἤδη τὰ περὶ Μειδίαν καὶ τοὺς κονδύλους, οὓς —, καὶ ὡς —. ταῦτα μὲν οὖν μοι δοκῶ καὶ τἆλλα τὰ τούτοις ὅμοια ὑπερβήσεσθαι, οὐ προδιδοὺς ὑμᾶς οὐδὲ τὸν ἀγῶνα καταχαριζόμενος, ἀλλ' ἐκεῖνο φοβούμενος μή μοι παρ' ὑμῶν ἀπαντήσῃ τὸ δοκεῖν ἀληθῆ μὲν λέγειν, ἀρχαῖα δὲ καὶ λίαν ὁμολογούμενα. καίτοι —. περὶ δὲ τῶν δημοσίων ἀδικημάτων πειράσομαι σαφέστερον εἰπεῖν. Vide quae Weidner. adnotavit ad § 51. Non minus artificiosus est Demosthenis locus jam ab Alex. III, p. 23 et Tiber. III, p. 61 Spengel. ut praeteritionis exemplum allatus: λοιπὸν τοίνυν ἦν καὶ ἀναγκαῖον ἅμα πᾶσιν οἷς ἐκεῖνος ἔπραττεν ἀδικῶν ὑμᾶς ἐναντιοῦσθαι δικαίως. τοῦτ' ἐποιεῖτε μὲν ὑμεῖς ἐξ ἀρχῆς, εἰκότως καὶ προσηκόντως, ἔγραφον δὲ καὶ συνεβούλευον κἀγὼ καθ' οὓς ἐπολιτευόμην χρόνους. ὁμολογῶ. ἀλλὰ τί ἐχρῆν με ποιεῖν; ἤδη γάρ σ' ἐρωτῶ, πάντα τἆλλ' ἀφεὶς, Ἀμφίπολιν, Πύδναν, Ποτίδαιαν, Ἁλόννησον· οὐδενὸς τούτων μέμνημαι (ich will das alles vergessen haben). Σέρριον δὲ καὶ Δορίσκον καὶ τὴν Πεπαρήθου πόρθησιν καὶ ὅσ' ἄλλ' ἡ πόλις ἠδικεῖτο, οὐδ' εἰ γέγονεν οἶδα (davon will ich gar nicht wissen, ob es geschehen ist). καίτοι σύ γ' ἔφησθα —. οὐδὲ νῦν περὶ τούτων ἐρῶ. ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν ἐκεῖνος σφετεριζόμενος καὶ —, πότερον ταῦτα πάντα ποιῶν ἠδίκει καὶ παρεσπόνδει καὶ ἔλυε τὴν εἰρήνην ἢ οὔ; Vide quae de sententia et structura verborum vir doctus exposuit in programm. gymn. Feldkirch. 1863 p. 55 et p. 72. Ceterum hic quoque locus exemplum ἐπιεικείας praebet.

III.

Praeteritio in principio confutationis usurpata.

Peculiare quoddam figurae, qua de agimus, genus iis locis efficitur, in quibus praeposita occupatione orator re-

futandi initium ab omissione ducit*). Id genus exempla haec notavi:

D. 20, 2 φήσει δ' ἀναξίους τινὰς ἀνθρώπους εὑρομένους ἀτέλειαν ἐκδεδυκέναι τὰς λειτουργίας, καὶ τούτῳ πλείστῳ χρήσεται τῷ λόγῳ. ἐγὼ δ', ὅτι μὲν τινῶν κατηγοροῦντα πάντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεὰν τῶν ἀδίκων ἐστίν, ἐάσω. καὶ γὰρ εἴρηται τρόπον τινὰ καὶ ὑφ' ὑμῶν ἴσως γιγνώσκεται· ἀλλ' ἐκεῖν' ἂν ἐροίμην ἡδέως αὐτόν κτέ. (Hermog. II, p. 431. Tiber. III, 60 sq. Spengel.). D. 20, 99 ἐγὼ δ', ὅτι μὲν — ἐάσω, ἵνα μὴ —· ἀλλ' ἐπ' ἐκεῖν' εἶμι. D. 38, 25 ἐγὼ δ', ὅτι μὲν —, ἐάσω. ἀξιῶ δὲ καὶ αὐτὸς κτέ. D. 19, 182 ἐγὼ δ', ὅτι μὲν —, παραλείψω, ἀλλ' ἐκεῖνο λέγω. D. 23, 111 ἐγὼ δ' οὐκ ἀπορῶ μὲν εἰπεῖν πολλά, ἅ μοι —· οὐ μὴν ἀλλ' ὅ μάλιστα πρόχειρον ἔχω, τοῦτ' ἐρῶ. Is. 12, 64 ἐγὼ δὲ πρὸς ἅπαντα μὲν — οὔτ' ἂν δυναίμην ἀντειπεῖν οὔτ' ἂν ἐπιχειρήσαιμι τοῦτο ποιεῖν· καὶ γὰρ ἂν αἰσχυνοίμην —· οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεῖνό γ' οἶμαι ποιήσειν. D. 20, 120 sqq. ἐγὼ δ' ὑπὲρ ὧν μὲν τῇ πόλει καταλείπειν φήσει, τοσοῦτον λέγω —. ἀλλὰ μὴν ὑπὲρ ὧν γε κτέ. (praec.).

D. 20, 58 ἀλλὰ νὴ Δί' οὗτοι μόνοι τοῦτο πείσονται, καὶ περὶ τούτων μόνων ποιοῦμαι λόγον τοσοῦτον. πολλοῦ γε καὶ δέω. ἀλλὰ πάντας μὲν οὐδ' ἂν ἐγχειρήσαιμ' ἐξετάζειν, ὅσοι —· ἓν δ' ἢ δύο δείξας ἔτι ψηφίσματ' ἀπαλλάττομαι τοῦ περὶ τούτων λέγειν (praec.). D. 24, 126 sq. ἀλλὰ Μελάνωπος δεινὸν νὴ Δί' ἐστὶν εἰ δεθήσεσθαι νῦν ἔμελλεν. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ οὐδὲν ἂν φλαῦρον εἴποιμι, οὐδ' εἰ πάνυ πόλλ' ἔχω περὶ κλοπῆς εἰπεῖν, ἀλλ' ἔστω ἐμοὶ ἐκεῖνός γε τοιοῦτος οἷον ἂν Τιμοκράτης αὐτὸν ἐγκωμιάσειεν. ἀλλ' εἰ χρηστοῦ πατρὸς ὢν πονηρὸς καὶ κλέπτης ἦν καὶ —, οὐ τοσούτῳ μᾶλλον αὐτὸν ἔδει δεδέσθαι κτέ. (ἐπιείκεια).

Non ejusdem prorsus sunt generis — si verba quae antegrediuntur spectamus — sed similia tamen D. 39, 25 καίτοι πάντας οἶμαι τοῖθ' ὑμᾶς εἰδέναι, τίς ἦν χρηματιστὴς ὁ πατήρ· ἐγὼ δ' ἐάσω ταῦτα. ἀλλ' εἰ κτέ. et (D.) 45, 11 ἐγὼ τοίνυν περὶ μὲν τοῦ — οὐδέν πω λέγω, οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ —, ἀλλ' αὐτίχ' ὑμᾶς περὶ τούτων διδάξω· ἀλλ' ἃ μεμαρτυρήκασι κτέ. (dilatio).

*) Cf. Apsin. de art. rhet. I, 371 Spengel., cujus verba attuli p. 2.

IV.

Praeteritio vel enunciato secundario vel parenthesi comprehensa.

1) (D.) 44, 34 γενομένης οὖν τῆς ἐξαγωγῆς, ἵνα τὰ πλεῖστα παραλείπω, ἐλάχομεν πρὸς τὸν ἄρχοντα τοῦ κλήρου. D. 18, 215 ἐξῇτε, ἐβοηθεῖτε· ἵνα τἀν μέσῳ παραλείπω, οὕτως οἰκείως ὑμᾶς ἐδέχονθ', ὥστε κτέ., quibuscum cf. D. 18, 10 μηδενὸς τῶν μετρίων, ἵνα μηδὲν ἐπαχθὲς λέγω, χείρονα. D. 18, 318 ὦ χρηστέ, ἵνα μηδὲν ἄλλ' εἴπω. D. 22, 12 ἀγαθὰ ἢ θάτερα, ἵνα μηδὲν εἴπω φλαῦρον. Din. 2, 20 ἵνα τὸ πραότατον εἴπω τῶν ὀνομάτων, qui loci quoddam ἐπιεικείας genus exhibent, et praecisionis exempla D. 22, 60. 9, 64 ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον (καθ' ἕκαστα) λέγω. D. 1, 9 ἵνα μὴ καθ' ἕκαστα λέγων διατρίβω. (D.) 42, 7 ἵνα μὴ μακρολογῶ. D. 39, 4 ἵνα τἀν μέσῳ συντέμω. Plat. Crit. 47c ἵνα μὴ πάντα διΐωμεν.

2) D. 41, 4 διαφορᾶς γενομένης τῷ Πολυεύκτῳ πρὸς τὸν Λεωκράτη, περὶ ἧς οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ λέγειν, ἀφελόμενος ὁ Πολύευκτος τὴν θυγατέρα δίδωσι Σπουδίᾳ τούτῳ. Isae. 11, 20 οὗτος τοίνυν —, τολμᾷ με διαβάλλειν ἄλλα τε πολλά, περὶ ὧν ποιήσομαι τοὺς λόγους τάχα, καὶ νυνὶ λέγει ὡς κτέ. (dilat.). — Membro relativo clauditur enunciatum And. 1, 80 ἐγένετο ὑμῖν ὧν ἐγὼ οὐδὲν δέομαι μεμνῆσθαι οὐδ' ἀναμιμνήσκειν ὑμᾶς τῶν γεγενημένων κακῶν. Lys. 12, 42 μετὰ Ἰατροκλέους καὶ ἑτέρων, ὧν τὰ ὀνόματα οὐδὲν δέομαι λέγειν. Lys. 18, 3 ἔστησε τρόπαια, ὧν καθ' ἓν ἕκαστον πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν. Is. 5, 98 τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος διαπεπραγμένον, περὶ ὧν εἰ μὲν πρὸς ἑτέρους τοὺς λόγους ἐποιούμην, καλῶς ἂν εἶχε διελθεῖν, πρὸς σὲ δὲ διαλεγόμενος, εἰ τὰς σὰς πράξεις διεξιοίην, δικαίως ἂν ἀνόητος ἅμα καὶ περίεργος εἶναι δοκοίην. — Liceat hic etiam Demosthenis locum afferre 6, 11 εὑρίσκει γὰρ καὶ ἀκούει τοὺς μὲν ὑμετέρους προγόνους — καὶ μετὰ ταῦτα πράξαντας ταῦθ' ἃ πάντες μὲν ἀεὶ γλίχονται λέγειν, ἀξίως δ' οὐδεὶς εἰπεῖν δεδύνηται, διόπερ κἀγὼ παραλείψω δικαίως —, τοὺς δὲ Θηβαίων καὶ Ἀργείων προγόνους κτέ.

Exempla ἀposiopesis cujusdam, qua qui utitur pudore animi ac verecundia permotus dubitat rem aperte nominare, praebentur his locis: Is. 7, 54 *χορεύοντας μὲν ἐν χρυσοῖς ἱματίοις, χειμάζοντας δ' ἐν τοιούτοις, ἐν οἷς οὐ βούλομαι λέγειν.* D. 2, 19 *ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα, οἷ' ἐγὼ νῦν ὀκνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι.* D. 18, 103 *τοσαῦτ' — (ἐδίδοσάν μοι χρήματα), ὅσ' ὀκνήσαιμ' ἂν πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν.* D. 23, 202 *τοιαῦτα πεποιηκότας, οἷα λέγειν ὀκνήσειεν ἄν τις εὖ φρονῶν.* Disputavit de hoc dicendi genere Weber. ad Dem. Aristocr. p. 514 sq., qui tamen minus recte huc rettulit D. 22, 2 et 24, 7, cum utrimque res ipsa commemoretur. Iure idem comparavit D. 21, 79 *ἐφθέγγοντ' αἰσχρὰ καὶ τοιαῦτα, οἷ' ἂν ἄνθρωποι τοιοῦτοι φθέγξαιντο (οὐ γὰρ ἔγωγε προαχθείην ἂν εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς τῶν τότε ῥηθέντων οὐδέν).*

3) Aesch. 3, 141 *Φιλίππου τῷ μὲν ὀνόματι πολεμοῦντος ὑμῖν, τῷ δ' ἔργῳ πολὺ μᾶλλον μισοῦντος Θηβαίους, ὡς αὐτὰ τὰ πράγματα δεδήλωκε, καὶ τί δεῖ τὰ πλείω λέγειν; ταῦτα μὲν τὰ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος ἀπεκρύψατο.*

Is. 5, 33 *τὴν δὲ πόλιν τὴν ἡμετέραν φασὶν — Ἡρακλεῖ μὲν συναιτίαν γενέσθαι τῆς ἀθανασίας (ὃν δὲ τρόπον, σοὶ μὲν αὖθις πυθέσθαι ῥᾴδιον, ἐμοὶ δὲ νῦν εἰπεῖν οὐ καιρός), τοῖς δὲ παισὶ κτέ.**) D. 14, 17 *καὶ τὰ μὲν σώματα ταῦτα οὕτω συντετάχθαι φημὶ δεῖν (δι' ὃ δ', εἴσεσθε, ἐπειδὰν ὅλον τὸν τρόπον τῆς συντάξεως ἀκούσητε). τὰς δὲ τριήρεις πῶς;* (dilat.). Is. ep. 1, 9 *τοῦ μὲν πράττειν τι τῶν κοινῶν εὐθὺς ἐξέστην (δι' ἃς δὲ προφάσεις, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν), τῆς δὲ παιδεύσεως κτέ.* D. 24, 202 *(τὴν ἀδελφὴν) τῶν ὑμετέρων ἐχθρῶν ἑνὶ — καταλύοντι παρ' αὐτῷ — καὶ βουληθέντι λαβεῖν αὐτήν (ἐξ οὗ δὲ τρόπου, παραλείψω) λαβὼν ἀργύριον δέδωκεν.* (D.) 45, 3 *(Φορμίωνος) τὴν μητέρα γήμαντος τὴν ἐμὴν ἀποδημοῦντος ἐμοῦ δημοσίᾳ τριηραρχοῦντος ὑμῖν (ὃν τρόπον δέ, οὐκ ἴσως καλὸν υἱεῖ περὶ μητρὸς ἀκριβῶς εἰπεῖν), ἐπειδὴ κτέ.* —

Is. 12, 201 *ἐλθὼν δ' ὁ κληθεὶς καὶ διαναγνοὺς τὸν λόγον (τὰ γὰρ μεταξὺ τί δεῖ λέγοντα διατρίβειν;) ἐδυσχέραινε*

---

*) De elliptico genere dicendi, quod his locis reperitur, cf. etiam D. 16, 24 *ὡς δ', ἐγὼ πειράσομαι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν.* D. 19, 139. 24. 96. 54, 8. (D.) 47, 19. 20. Aesch. 3, 94. Is. 12, 76. 5, 153. — D. 19, 44 *καὶ ὅθεν, φράσω πρὸς ὑμᾶς.*

μὲν κτέ. Lys. 28, 8 Θρασύβουλος μὲν οὖν (οὐδὲν γὰρ δεῖ περὶ αὐτοῦ πλείω λέγειν) καλῶς ἐποίησεν κτέ. D. 21, 122 ὃς ἄνδρ' ἀτυχοῦντα, οὐδὲν αὐτὸν ἠδικηκότα (ἐῶ γὰρ εἰ φίλον), ἅμα συκοφαντεῖν ᾤετο δεῖν κτέ. Din. 1, 31 οὐκ ἐπειδὴ τῷ δήμῳ συμβουλεύειν ἤρξατο, ὡς μήποτε ὤφελεν (ἀφήσω γὰρ αὐτοῦ τὰ ἴδια· ὁ γὰρ χρόνος οὐκ ἐπιδέχεται μακρολογεῖν), ἀγαθὸν μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν οὐδὲν γέγονε τῇ πόλει κτέ. Plat. Apol. 21 c.

Aliquatenus cum his locis conferri licet D. 18, 21 οἱ δὲ συνειπόντες ὅτου δήποθ' ἕνεκα (ἐῶ γὰρ τοῦτό γ' ἐν τῷ παρόντι) Εὔβουλος καὶ Κηφισοφῶν (ἦσαν). D. 18, 146 συνέβαινεν δ' αὐτῷ τῷ πολέμῳ κρατοῦντι τοὺς ὁποιουσδήποθ' ὑμεῖς ἐξεπέμπετε στρατηγούς (ἐῶ γὰρ τοῦτό γε) αὐτῇ τῇ φύσει τοῦ τόπου — κακοπαθεῖν.*) D. 18, 261 ἐπειδὴ δ' εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφης ὁπωσδήποτε (ἐῶ γὰρ τοῦτο), ἐπειδή γ' ἐνεγράφης**) κτέ. (D.) 25, 55 τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ οὐχ ὁμοπατρίαν μὲν οὖσαν, θυγατέρα δ' ἐκείνης ὁπωσδήποτε γενομένην (ἐῶ γὰρ τοῦτο), ἀλλ' ἀδελφήν γε, ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο. Din. 1, 93 τὸν ἐκ τοσαύτης εὐδαιμονίας εἰς τοσαύτην ἀδοξίαν καταστήσαντα τὴν πόλιν δι' ἡντιναδήποτε αἰτίαν ἢ τύχην (ἐῶ γὰρ τοῦτο νῦν),***) ἐπειδὴ κτέ. — Variavit Demosthenes hanc formam 23, 213 τὸν Χαρίδημον τοῦτον αὐτόν, ᾧ μήτηρ μὲν ὑπάρχει πολῖτις ἐκεῖ, πατὴρ δ' οὐκ ἐρῶ τίς ἢ πόθεν (οὐδὲν γὰρ δεῖ πλείω

*) Hic locus a reliquis omnibus, quos attuli, eo differt, quod ὁποιοσδήποτε vim relativam retinuit. Quam ob causam suspicari possis ante ὑμεῖς inserendum esse acc. pron. rel. οὕς. In diversa verborum collocatione simillimus tamen est locus D. 8, 20. Ceterum cf. Krueger. gramm. 51, 15. Kuehner. gramm. 555, 3 (II, p. 915 sqq.). Rehdantz. ad Dem. 8, 1.

**) Quod optimi libri praebent ἐπειδή γ', defenditur loci, quem proximum posui, verbis ἀλλ' ἀδελφήν γε. Sententia sine dubio haec est: mitto quaerere, qua ratione inscriptus sis, illud certum est te inscriptum esse. Interpretatio, quam proposuit Doberenz. observ. Demosth. p. 26 „mitto nunc illud, quacunque sis ratione inscriptus, certe illud verum est te, postquam inscriptus eras, elegisse pulcherrimum factorum", propterea rejicienda est, quod perticula γέ referri tantummodo potest ad verba ἐπειδὴ ἐνεγράφης, non etiam ad proxima εὐθέως τὸ κάλλιστον ἐξελέξω τῶν ἔργων.

***) Wurm. h. l. τοῦτό γε scribi voluit; at particulam γέ non necessariam esse probatur D. 18, 261, ubi in cod. Σ aliisque bonis libris omissa est, et (D.) 25, 55. Cum reliquis locis cf. D. 18, 1. 16. 114. 19, 94 etc.

τῶν ἀναγκαίων αὐτὸν ἐξετάζεσθαι), ἀλλ' ὅμως κτέ. (Tiber. III, p. 63 Spengel.). Quem locum si comparaveris cum exemplis modo allatis, apparebit oratorem scribere etiam potuisse *πατὴρ δ' ὅστις δήποτε ἢ (καὶ) ὁπόθεν δήποτε.* De peculiari *ἀποσιωπήσεως* genere, cujus exempla et hi loci praebent et illi, quos paulo supra posui, D. 24, 202 atque (D.) 45, 3, et praeterea locus, quem statim proferam, (D.) 40, 8, egerunt Volkmann. de art. rhet. Graec. et Rom. p. 429, Weber. et Westermann. ad D. 23, 213. Diversus est orationis color D. 8, 20 *εἰπέ μοι, πότερ' ἂν βούλοιο τούτους τοὺς στρατιώτας, οὓς Διοπείθης νῦν ἔχει, τοὺς ὁποιουστινασοῦν (οὐδὲν γὰρ ἀντιλέγω) εὐθενεῖν κτέ.* et D. 35, 6 *οὗτοι προσῆλθόν μοι μετὰ Λακρίτου τουτουί, ὁπόθεν δήποτ' ἐγνωρισμένοι τούτῳ (οὐ γὰρ οἶδα), καὶ ἐδέοντό μου κτέ.*

Ad locos allatos jam ii accedant, in quibus sententia causalis vel superioris enunciati clausulam vel etiam novum enunciatum efficit. (D.) 40, 8 *τῇ δὲ τούτων μητρὶ Πλαγγόνι ἐπλησίασεν ὅντινα δή ποτ' οὖν τρόπον· οὐ γὰρ ἐμὸν τοῦτο λέγειν ἐστί,* de quo vid. quae modo dicta sunt, Aesch. 3, 170 *τὸν δ' ὀλιγαρχικὸν πάντα δεῖ τἀναντία τούτου ἔχειν· τί γὰρ δεῖ πάλιν διεξιέναι;* (praec.) Din. 1, 35 *ἐῶ γὰρ τοὺς ἄλλους κινδύνους.* Aesch. 3, 225 (secundum scripturam Weidnero probatam) *ἐπιστολὰς γὰρ σιγῶ ψευδεῖς κτέ.* Din. 1, 94 *ἐῶ γὰρ τἆλλα ὅσα —· τούτων γὰρ ἁπάντων ὑμεῖς τούτῳ μάρτυρές ἐστε* (locus omnium, quos hic protuli, amplissimus).

Appendicis loco tertium commemoro aposiopesis genus, quod non tam arte cum praeteritione cohaeret quam illa duo, quae supra persecutus sum, hoc dico, cum quis sive propter animi quandam verecundiam sive propter iram atque indignationem medium sermonem subito abrumpit. Hujus generis sunt D. 18, 3 *οὐ γάρ ἐστιν ἴσον νῦν ἐμοὶ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας διαμαρτεῖν καὶ τούτῳ μὴ ἑλεῖν τὴν γραφήν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν — οὐ βούλομαι δυσχερὲς εἰπεῖν ἀρχόμενος τοῦ λόγου, οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ* (Hermog. II, p. 430. Tib. III, p. 62 Spengel.). D. 18, 195 *ἆρ' οἶσθ' ὅτι νῦν μὲν στῆναι, συνελθεῖν, ἀναπνεῦσαι, πολλὰ μί' ἡμέρα καὶ δύο καὶ τρεῖς ἔδοσαν τῶν εἰς σωτηρίαν τῇ πόλει, τότε δέ — οὐκ ἄξιον εἰπεῖν, ἅ γε μηδὲ πεῖραν ἔδωκε θεῶν τινος εὐνοίᾳ κτέ.* D. 16, 18 *οὐ γὰρ ἂν ἡγοῦμαι περὶ τούτου μόνον ἡμῖν εἶναι τὸν λόγον*

πρὸς ἐκείνους, ἀλλ' — ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι, περὶ πολλῶν δ' ἂν οἶμαι κίνδυνον ἡμῖν γενέσθαι (Hermog. II, p. 382 Spengel.). D. 20, 157 *αἰσχρὸς καὶ κακῶς ἔχων ὁ νόμος καὶ ὅμοιος φθόνῳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ καὶ — τὸ λοιπὸν ἐῶ· τοιούτοις δέ τισι προσέοικεν ὁ γράφων χρῆσθαι.* D. 9, 54 *εἰς τοῦτ' ἀφῖχθε μωρίας ἢ παρανοίας ἢ — οὐκ ἔχω τί λέγω —, ὥστε κτέ.* (D. 18, 22 *εἶτ' ὦ — τί ἂν εἰπών σέ τις ὀρθῶς προσείποι; ἔστιν ὅπου κτέ.*). Haec exempla si inter se contenderis, apparebit, opinor, recte et D. 18, 3 secundum optimi codicis auctoritatem a Turicensibus, Voemelio, Westermanno post *βούλομαι* omissum esse *δέ* et D. 16, 18, cum vulgo scribatur *πρὸς ἐκείνους. ἀλλ' ἐάσω* (*ἐκείνους — ἀλλ'* Ruediger), a me particulam *ἀλλά* ad superiora relatam esse, ut jam respondeat verbis *οὐ μόνον*. Quod hic sequitur membrum a particula *δέ* incipiens, ei simile est illud, quod post aposiopesin additur D. 20, 157.

V.

Praeteritio in clausula vel loci cujusdam vel totius orationis usurpata.

Praeteritionem etiam in fine reperiri jam Aristides animadvertit (II, p. 481 Spengel.). Ibi eam prope ad revocationem accedere exempla ipsa docebunt. Potest autem haec quoque forma in plures partes dividi, quas numeris inter se discernendas putavi.

1) D. 1, 13 *τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς καὶ — καὶ — καὶ — παραλείπω στρατείας* (Arist. II, p. 481). Aesch. 3, 225 sec. vulg. script. *ἐπιστολὰς δὲ σιγῶ — καὶ — καὶ —.* — D. 22, 68 *ἄλλα δ' ὅσ' ὕβρικεν οὐδ' ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν· τοσαῦτα τὸ πλῆθός ἐστιν.* Is. 16, 35 *περὶ δὲ τῶν ἐνθάδε χορηγιῶν καὶ γυμνασιαρχιῶν καὶ τριηραρχιῶν αἰσχύνομαι λέγειν· τοσοῦτον γὰρ κτέ.* Verba *καὶ γυμνασιαρχιῶν* auctoritatem Urbinatis secutus uncinis inclusit Benseler., et ea prorsus necessaria esse demonstrari vix poterit, praesertim cum quod antecedit subst. *χορηγία* etiam latiore sensu accipi liceat.*) Quamquam ut re-

*) Vim verborum *χορηγός, χορηγεῖν, χορηγία* interdum latius patere, ut de omnibus dicantur liturgiis encycliis, apparet e D. 20, 19—23. Cf.

tineantur suadere videntur loci consimiles 4, 97. 114. 8, 87. 9, 21. 31. 12, 262. Vid. quae ipse Benseler. dixit in praef. p. III et p. XXIX, V. — Is. 14, 50 *οἶμαι δ' ὑμᾶς οὐδὲ τὰς ἄλλας αἰσχύνας ἀγνοεῖν τὰς διὰ πενίαν καὶ φυγὴν γιγνομένας, ἃς ἡμεῖς τῇ μὲν διανοίᾳ χαλεπώτερον τῶν ἄλλων φέρομεν, τῷ δὲ λόγῳ παραλείπομεν, αἰσχυνόμενοι λίαν ἀκριβῶς τὰς ἡμετέρας αὐτῶν ἀτυχίας ἐξετάζειν.* — Is. 4, 114 *φυγὰς δὲ καὶ — καὶ — καὶ —, ἔτι δὲ — καὶ — καὶ — τίς ἂν δύναιτο διεξελθεῖν; πλὴν τοσοῦτον εἰπεῖν ἔχω καθ' ἁπάντων, ὅτι κτέ.* (praec.). De verb. *καθ' ἁπάντων* cf. 12, 55 et Schneider. ad l. l Is. 8, 87 *τὰς δὲ κατὰ δέκα καὶ πέντε καὶ πλείους τούτων ἀπολλυμένας καὶ τοὺς κατὰ χιλίους καὶ δισχιλίους ἀποθνήσκοντας τίς ἂν ἐξαριθμήσειεν; πλὴν ἓν ἦν τοῦτο τῶν ἐγκυκλίων κτέ.* (praec.). (And.) 4, 42 *περὶ δὲ τῶν λειτουργιῶν οὐκ ἀξιῶ μεμνῆσθαι, πλὴν κατὰ τοσοῦτον, ὅτι κτέ.* (in extr. orat. — praec.). Cf. etiam epilogus Is. 10, 67—69 *πολὺ δὲ πλείω τὰ παραλελειμμένα τῶν εἰρημένων ἐστὶν κτέ.*

And. 2, 15 *δεσμά τε ὕστερον καὶ κακὰ ὅσα τε καὶ οἷα τῷ σώματι ἠνεσχόμην, μακρὸν ἂν εἴη μοι λέγειν.* And. 3, 9 *τάς τε ἄλλας ἀποικίας καθ' ἕκαστον διηγεῖσθαι μακρὸς ἂν εἴη λόγος.* Utrimque per particulam *τέ* enunciatum ad superiora adjungitur; cf. Plat. Polit. 271 e *ἄλλα θ' ὅσα τῆς τοιαύτης ἐστὶ κατακοσμήσεως ἑπόμενα, μυρί' ἂν εἴη λέγειν* (Thuc. II, 41, 1 *ξυνελών τε λέγω.* VI, 80, 3 *ξυνελόντες τε λέγομεν*). Krueger. gramm. 69, 59, 1. Kuehner. gramm. 519, 3 (II, p. 787). — Plat. Phil. 26 b *καὶ ἄλλα δὴ μυρία ἐπιλείπω λέγων, οἷον κτέ.*

Referre huc licet etiam D. 23, 63 *οὐ τοίνυν τούτους μόνον τοὺς νόμους παραβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλους πολλούς, οὓς οὐ παραγεγράμμεθα διὰ τὸ πλῆθος. ἀλλ' ἐν κεφαλαίῳ λέγω* (praec.).

Propter antegressa asyndeta enunciatum *ἀσυνδέτως* ad superiora adnectitur D. 18, 266 *ἐῶ τἄλλα, ἀλλὰ νυνὶ τήμερον ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τοῦ στεφανωθῆναι δοκιμάζομαι κτέ.* (cf. D. 9, 35).

Ciceronis quos cum his exemplis conferre liceat duos com-

---

inprimis § 23 *εἰς συντέλειαν ἀγαγεῖν τὰς χορηγίας, ὥσπερ τὰς τριηραρχίας.* Oblata hac occasione commemoro § 21 mihi pro *πέντ' ἢ ἕξ* scribendum videri *πλεῖν ἢ ἕξ.*

memoro locos Tusc. V, 27, 79 Omitto quae perferant quaeque patiantur ambitiosi honoris causa, laudis studiosi gloriae gratia, amore incensi cupiditatis. Plena vita exemplorum est. de or. I, 40, 181 Omitto jam plura exempla causarum amplissimarum, quae sunt innumerabilia: capitis nostri saepe potest accidere ut causae versentur in jure.

Cum emphasi quadam *καί* in hac praeteritionis forma dictum est D. 9, 50 *καὶ σιωπῶ θέρος καὶ χειμῶνα, ὡς οὐδὲν διαφέρει, οὐδ' ἔστ' ἐξαίρετος ὥρα τις, ἣν διαλείπει* (und hierbei will ich ganz verschweigen). D. 18, 231 *καὶ οὐκέτι προστίθημι, ὅτι —. ἀλλ' ἐῶ ταῦτα* (und dabei bringe ich gar nicht in Rechnung). Lys. 19, 44 *καὶ οὐ προσλογιζόμεθα, ὅσα αὐτὸς ἐν Κύπρῳ ἔσχε Νικόφημος κτἑ.* Isae. 11, 43 *καὶ οὔπω λέγω περὶ τῶν ἄλλων, ἃ κτἑ.* (dilat.). Is. 6, 68 *καὶ τοσούτων ἀπηριθμημένων κακῶν, πολὺ πλείω τὰ παραλελειμμένα τῶν εἰρημένων ἐστίν· οὐδὲν γὰρ ὅτι τῶν δεινῶν ἢ χαλεπῶν οὐκ ἐνταῦθα συνδεδράμηκεν* (cf. Is. 10, 67).

2) Lys. 3, 46 *ἔχοιμι δ' ἂν καὶ ἄλλα πολλὰ εἰπεῖν περὶ τούτου, ἀλλ' ἐπειδὴ παρ' ὑμῖν οὐ νόμιμόν ἐστιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, ἐκεῖνο ἐνθυμεῖσθε* (initium epilogi).*) Is. ep. 2, 8 *ἔχοιμι δ' ἂν παμπληθεῖς εἰπεῖν, οἳ —. ὧν ἐνθυμούμενον χρὴ κτἑ.* Is. 11, 28 *ἔχοι δ' ἄν τις μὴ σπεύδειν ὡρμημένος πολλὰ καὶ θαυμαστὰ περὶ τῆς ὁσιότητος αὐτῶν διελθεῖν, ἣν οὔτε μόνος οὔτε πρῶτος ἐγὼ τυγχάνω καθεωρακώς, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν προγεγενημένων, ὧν καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιός ἐστιν· ὃς ἀφικόμενος κτἑ.* Is. 15, 215 *ἔχοι δ' ἄν τις πλείω περὶ τούτων εἰπεῖν· ἀλλὰ γὰρ* (revocatio) *ἢν πολλὰ λίαν λέγω περὶ τῶν παρὰ τοῖς πλείστοις ὁμολογουμένων, δέδοικα, μὴ περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἀπορεῖν δόξω. παυσάμενος οὖν τούτων ἐπ' ἐκείνους τρέψομαι τοὺς κτἑ.* Is. 21, 17 *ἔτι δ' ἔχοιμ' ἂν ἐπιδεῖξαι καὶ ἑτέρους, οἳ —. ἐνθυμεῖσθαι δὲ χρὴ κτἑ.* (sed supersedeo id facere; nam reputare vos oportet).

D. 22, 14 *ἄλλα πολλὰ ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν ἃ τῇ πόλει*

*) Similia constat apud scriptores Latinos inveniri; inprimis huc pertinent Cic. Cat. maj. 16, 55 possum persequi multa oblectamenta rerum rusticarum; sed ea ipsa, quae dixi, sentio fuisse longiora. Nep. Epam. 4, 6 plurima quidem proferre possemus, sed modus est adhibendus, quoniam etc.

γέγονεν ἐκ τοῦ — ἀγαθά. εἶεν· ἐκ δὲ τοῦ — πόσα δεινά; Lys. 32, 11 πολλὰ ἂν εἴη λέγειν, ὅσον κτέ. cf. Frohberger. ad l. et append. p. 166. Asyndeton tuetur etiam Demosthenis locus, quem modo attuli, et praeter illum D. 54, 44 πόλλ' ἂν εἰπεῖν ἔχοιμ' — καὶ ὡς — καὶ — καὶ — καὶ —, καὶ ὡς —· ἀλλ' οὔτε τὸ ὕδωρ ἱκανόν, οὔτε νῦν περὶ τούτων ὁ λόγος ἐστίν, in quo verbis π. ἄ. εἰ. ἔ. transitus paratur ad epilogum, et Dionysii Hal. locus, quem supra jam attuli et infra denuo proferam. — D. 24, 61 πολλοὺς δ' ἄν τις ἔχοι νόμους ἔτι καὶ καλῶς ἔχοντας δεικνύναι, οἷς πᾶσιν ἐναντίος ἐστὶν ὃν οὗτος τέθεικεν. ἀλλ' ἴσως —. πῶς οὖν μοι δοκεῖ; τοὺς μὲν ἄλλους ἐᾶν, περὶ δ' οὗ πρότερόν ποτ' αὐτὸς οὗτος ἔθηκε νόμου διελθόντ' ἐπ' ἐκεῖν' ἰέναι τὸ μέρος τῆς κατηγορίας ἤδη, ὡς κτέ. D. 20, 163 πολλὰ δ' ἄν τις ἔχοι λέγειν ἔτι καὶ διεξιέναι περὶ τοῦ —· ἀλλ' ἵν' ἐν κεφαλαίῳ τοῦτο μάθητε κτέ. (sequitur ἀνακεφαλαίωσις). D. 24, 194 πολλὰ δ' ἄν τις ἔχοι λέγειν, εἰ καθ' ἕκαστον ὧν ἐρεῖ δεικνύναι βούλοιτο —. ἀλλὰ τὰ μὲν πολλὰ παρήσω, κεφάλαιον δ' ὑμῖν ὃ μνημονεύσετ' ἐρῶ (praec.). Is. 15, 251 πολὺ δ' ἄν τις ἔχοι πλείους τούτων ἐναντιώσεις συναγαγεῖν —· ἐπεὶ καὶ τάδε περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἔνεστιν εἰπεῖν. Memorabilis locus propterea, quod, cum exspectes oratorem ad aliud quid transiturum, novum rei exemplum additur per part. ἐπεὶ καί. Vid. Birkler. in programm. gymn. Ehing. 1867, p. 29 sq., quaeque de usu particularum ἐπεὶ καὶ scripsit Schneider. ad Is. 4, 131. Prope ad hunc, de quo agimus, locum accedit Is. 6, 47, praeter quem cf. etiam Is. 16, 39. — Dion. Hal. histor. p. 241 ed. Krueger. πολλὰ τοιαῦτά τις ἂν εὕροι κτέ. Lys. 10, 20 πολλὰ δὲ τοιαῦτα καὶ ἄλλα ἐστίν, ὦ ἄ. δ., ἀλλ' εἰ μὴ σιδηροῦς ἐστιν, οἴομαι αὐτὸν ἔννουν γεγονέναι ὅτι κτέ.

D. 21, 182 καὶ πολλοὺς ἂν ἑτέρους ἔχοιμι λέγειν, ὧν —. ὑμεῖς δ', ὦ ἄ. Ἀ., Σμίκρῳ δέκα ταλάντων ἐτιμήσατε κτέ. Pro ὑμεῖς δ' Aug. k. r. ἀλλ' ὑμεῖς praebent, idque probavit Schaefer. Utrumque, et ἀλλά et δέ, dici potuisse infra videbimus; quare codicum auctoritati obsequendum. Defendi vix potest ἔτι τοίνυν ὑμεῖς, quod e marg. Σ adscitum est a Buttmanno. — Plat. Apol. 34 a καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐγὼ ἔχω ὑμῖν εἰπεῖν ὧν τινα κτέ. Vid. etiam Plat. Soph. 226 b et Phaed. 94 b.

D. 27, 58 πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἔχω καὶ ἄλλα τούτου κατηγορεῖν· ἓν δὲ περὶ πάντων κεφάλαιον εἰπὼν πάσας αὐτοῦ διαλύσω τὰς ἀπολογίας (praec.). Plat. Symp. 221 c πολλὰ μὲν οὖν ἄν τις καὶ ἄλλα ἔχοι Σωκράτη ἐπαινέσαι καὶ θαυμάσαι· ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων τάχ' ἄν τις καὶ περὶ ἄλλου τοιαῦτα εἴποι, τὸ δὲ μηδενὶ ἀνθρώπων ὅμοιον εἶναι —, τοῦτο ἄξιον παντὸς θαύματος. Ab his duobus exemplis diversum est tertium Xen. Hell. V, 4, 1, de quo vid. Birkler. l. l. p. 31.

Peculiaris generis sunt Plat. Gorg. 483 d ἐπεὶ ποίῳ δικαίῳ χρώμενος Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευσεν ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπὶ Σκύθας ἢ — ἄλλα μυρία ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα εἰπεῖν. Apol. 41 b ἐπὶ πόσῳ δ' ἄν τις δέξαιτο ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἄγοντα τὴν πολλὴν στρατιὰν ἢ Ὀδυσσέα ἢ Σίσυφον ἢ — ἄλλους μυρίους ἄν τις εἴποι —, οἷς ἐκεῖ διαλέγεσθαι — ἀμήχανον ἂν εἴη εὐδαιμονίας. de legg. XII, 944 a, quibus locis mihi post ultimum ἢ similiter abruptus esse videtur sermo atque in aposiopesi factum esse vidimus D. 9, 54.

Restant quae huc referre possis Is. 5, 105 ἔτι δ' ἂν πλείω λέγειν ἐπεχείρουν, ὃν τρόπον —· νῦν δὲ φοβοῦμαι μή τινες —. ὥστε περὶ μὲν τούτων οὐδὲν οἶμαι δεῖν πλείω λέγειν. περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἡγοῦμαι κτέ. Is. ep. 7, 10 ἔτι δ' ἂν πλείω σοι περὶ τούτων διελέχθην —, εἰ μὴ —. νῦν δὲ σοὶ μὲν αὖθις συμβουλεύσομεν —, ἐν δὲ τῷ παρόντι περὶ τῶν ἰδίων δηλώσομεν (dilatio). (D.) 61, 15 sq. εἰ μὲν οὖν οἷόν τ' ἦν ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ τοῦ κάλλους τοῦ σοῦ ἢ τοῦτο ἦν μόνον τῶν σῶν ἀξιέπαινον, οὐδὲν ἂν παραλιπεῖν ᾠόμεθα δεῖν· νῦν δὲ δέδοικα μή —. περὶ μὲν οὖν τοῦ κάλλους πολλὰ παραλιπὼν τοσαῦτα ἐπαινέσαι ἔχω· περὶ δὲ τῆς σωφροσύνης κτέ. Is. 19, 28 ἠβουλόμην δ' ἂν ὑμῖν οἷός τ' εἶναι ποιῆσαι φανερόν, οἷος —. νῦν δὲ τὰ χαλεπώτατα — οὐκ εὐδιήγητ' ἐστίν. ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ σκοπεῖτε κτέ.

3) D. 18, 100 μυρία τοίνυν ἕτερ' εἰπεῖν ἔχων παραλείπω, ναυμαχίας, ἐξόδους πεζάς, στρατείας καὶ πάλαι γεγονυίας καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν, ἃς κτέ. D. 18, 138 μυρία τοινυν ἕτερ' εἰπεῖν ἔχων περὶ αὐτοῦ παραλείπω. καὶ γὰρ οὕτω πως ἔχει. D. 18, 264 πολλὰ τοίνυν ἕτερ' εἰπεῖν ἔχων περὶ αὐτοῦ παραλείψω· οὐ γὰρ κτέ. (in deterioribus libris παραλείπω). (D.) 10, 75 πολλὰ τοίνυν ἔχων ἔτι καὶ

περὶ πολλῶν εἰπεῖν παύσομαι (trans. ad epil.). (D.) 40, 38 *ἔχων τοίνυν καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ δεινὰ λέγειν, ἃ —, ἀναγκάζομαι διὰ τὸ ὀλίγον εἶναί μοι τὸ ὕδωρ παραλιπεῖν. νομίζω γὰρ καὶ ἐκ τούτων ὑμῖν ἱκανῶς ἐπιδεδεῖχθαι ὡς κτέ.* pro *γάρ* auctore Schaefero *δέ* scribendum videtur).

Is. ep. 2, 13 *πολλὰ δ' ἔχων εἰπεῖν διὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν παύσομαι λέγων· οἶμαι γὰρ —. οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων οὐ παραλειπτέον ἐστὶ τὰ περὶ τῆς πόλεως, ἀλλὰ κτέ.* (D.) 45, 86 *πολλὰ δ' ἔχων εἰπεῖν περὶ ὧν ὕβρισμαι, οὐχ ἱκανὸν ὂν τὸ ὕδωρ ὁρῶ μοι* (trans. ad epil.) (D.) 61, 33 *πολλὰ δ' ἔχων ἔτι περὶ σοῦ διελθεῖν, αὐτοῦ καταλύσειν μοι δοκῶ τὸν ἔπαινον, δεδιὼς μὴ —. παυσάμενος οὖν περὶ τούτων, ἤδη πειράσομαί σοι συμβουλεύειν ἐξ ὧν κτέ.* D. 57, 66 *πολλὰ δ' ἔχων καὶ ἄλλ' ἐπιδεῖξαι, ἃ —, ἡδέως μὲν ἂν ὑμῖν λέγοιμι, ἐπειδὴ δ' ἔξω τοῦ πράγματος νομίζετ' εἶναι, ἐάσω. ἀναμνήσθητε δ' ἐκείνων κτέ.* (Arist. II, p. 481 Spengel. — trans. ad *ἀνακεφαλαίωσιν*). D. 19, 9 *πολλὰ δὲ καὶ δεινὰ κατηγορεῖν ἔχων ἔτι πρὸς τούτοις ἕτερα —, βούλομαι πρὸ πάντων ὧν μέλλω λέγειν — ὑπομνῆσαι κτέ.* (dilatio). — Aesch. 1, 157 *ἔτι δ' εἰπεῖν ἔχων πολλοὺς παύσομαι, ἵνα μὴ δοκῶ —. περὶ δὲ τῶν — μνησθήσομαι.* Is. 12, 262 *ἀπλήστως δὲ διακείμενος ἐν τῷ παρόντι πρὸς τὸ λέγειν, καὶ πόλλ' ἂν εἰπεῖν ἔχων ἔτι καὶ περὶ — καὶ περὶ — καὶ περὶ — ταῦτα μὲν ἐάσω, περὶ ὧν δὲ —, περὶ τούτων ἀποφανοῦμαι.* — Quodammodo huc spectant etiam, quamquam a reliquis exemplis paululum differunt, quae scripsit Demosthenes 21, 65 *πολλοὺς δ' ἂν ἔχων εἰπεῖν ἔτι καὶ διὰ πολλὰς προφάσεις ἐχθροὺς γεγενημένους ἀλλήλοις οὐδένα πώποτ' οὔτ' ἀκήκοα οὔθ' ἑόρακα ὅστις εἰς τοσοῦτον ἐλήλυθεν ὕβρεως ὥστε τοιοῦτόν τι ποιεῖν.* Alius vero generis sunt Is. 15, 42 et 16, 49, quibus ut multis locis similibus, quos enumerare hic non attinet, transitus ad rem novam efficitur cum amplificatione conjunctus.

Is. 11, 44 *πολλῶν δ' ὄντων εἰπεῖν, ἐξ ὧν ἄν τις καὶ τὸν ἔπαινον καὶ τὴν ἀπολογίαν μηκύνειεν, οὐχ ἡγοῦμαι δεῖν μακρολογεῖν· οὐ γὰρ κτέ.* (trans. ad epil.). Is. 14, 63 *πολλῶν δ' ὄντων εἰπεῖν, ἐξ ὧν —, οὐ δύναμαι πάντα περιλαβεῖν, ἀλλ' κτέ.* (epil.). Is. 8, 145 *πολλῶν δὲ καὶ καλῶν λόγων ἐνόντων περὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἐμοὶ μὲν ἀμφότερα*

συμβουλεύει παύσασθαι λέγοντι, καὶ το μῆκος τοῦ λόγου καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν τῶν ἐμῶν· τοῖς δὲ νεωτέροις — παραινῶ κτέ. (epil.). Scriptura *ὄντων* 11, 44 et 14, 63 auctoritate Urbinatis nititur, quam jure secutus est Benseler., vulgo editur *ἐνόντων*. Participio verbi simplicis utitur etiam Lysias 12, 95; de 8, 145 cf. 5, 110. 7, 77. 15, 320. 16, 39. Thuc. IV, 59, 2 quaeque adnotaverunt Schneider. et Rauchenstein. ad Is. 7, 77, Classen. ad Thuc. l. l.

Cum parte exemplorum, quae protuli, comparari potest epilogus Lysiae 31, 34 *ἱκανά μοι νομίζω εἰρῆσθαι, καίπερ πολλά γε παραλιπών· ἀλλὰ πιστεύω ὑμῖν κτέ.*

4) Is. 1, 11 *ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, εἰ πάσας τὰς ἐκείνου πράξεις καταριθμησαίμεθα. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀκριβὲς αὐτῶν ἐν ἑτέροις καιροῖς δηλώσομεν, δεῖγμα δὲ τῆς Ἱππονίκου φύσεως νῦν ἐξενηνόχαμεν, πρὸς ὃν δεῖ ζῆν σε κτέ.* Is. 6, 81 *ἐπιλίποι δ' ἂν τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας, εἰ τὰς πλεονεξίας τὰς ἐσομένας λέγειν ἐπιχειρήσαιμεν. ἐκεῖνο δ' οὖν πᾶσι φανερόν, ὅτι κτέ.* (*ἐπιλείπειν* vi intransitiva dictum ut Lys. 12, 1).*) Is. 8, 56 *ἐπιλίποι δ' ἄν με τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας, εἰ πάσας τὰς πλημμελείας τὰς ἐν τοῖς πράγμασιν ἐγγεγενημένας ἐξετάζειν ἐπιχειρήσαιμεν· τάχ' οὖν ἄν τις κτέ.* D. 18, 296 *ἐπιλείψει με λέγονθ' ἡ ἡμέρα τὰ τῶν προδοτῶν ὀνόματα. οὗτοι πάντες εἰσὶν κτέ.* Asyndeton, quo Demosthenes etiam in verbis antegressis utitur, ex concitata affectusque plena oratione natum. Futurum cum participio reperitur etiam ep. ad Hebr. 11, 32 *καὶ τί ἔτι λέγω; ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος περὶ κτέ.*, potentialis cum participio Arist. rhet. 1, 13 (I, p. 53 Spengel.) *ὑπολείποι γὰρ ἂν ὁ αἰὼν διαριθμοῦντα* (de verbo cf. Arist. rhet. III, 7, p. 157 Spengel.). Magis cum Isocrateis exemplis congruunt Ciceroniana dies (me) deficiat (deficiet?), si velim (coner), e quibus praecipue huc pertinet Tusc. V, 35, 102 Dies deficiat, si velim paupertatis causam defendere. Aperta enim res est etc. Artificiose eadem forma et quae dicta sunt concluduntur et inferuntur nova de nat. deor.

*) Comparans reliquos Isocratis locos suspicari possis post *εἰ* inserendum esse *πάσας*. At abest pronomen etiam D. 18, 296, ubi similiter *λέγειν* pro *καταλέγειν* positum.

III, 32, 81 Dies deficiat, si velim numerare, quibus bonis male evenerit; nec minus, si commemorem, quibus improbis optime. Cf. etiam Sall. Jug. 42, 5 Sed de studiis partium — si singulatim aut pro magnitudine parem disserere, tempus quam res maturius me deserat (var. deseret). — Plat. Menex. 246 b *πολλαὶ γὰρ ἂν ἡμέραι καὶ νύκτες οὐχ ἱκαναὶ γένοιντο τῷ τὰ πάντα μέλλοντι περαίνειν.*

A locis Isocrateis, quos modo protuli, prope absunt Is. 12, 142 *ἀπείποι δ' ἄν τις γράφων, εἰ πάσας τὰς κακοηθείας καὶ πονηρίας ἐξαριθμεῖν ἐπιχειρήσειεν. ἃς ἐκεῖνοι μισήσαντες κτἑ.* Is. 6, 47 *ἀπείποιμεν δ' ἂν ἀκούοντές τε καὶ λέγοντες, εἰ πάσας τὰς τοιαύτας πράξεις ἐξετάζοιμεν, ἐπεὶ καὶ τῶν περὶ Θήβας πραχθέντων εἰ μνησθεῖμεν, ἐπὶ μὲν τοῖς γεγενημένοις ἂν λυπηθεῖμεν, περὶ δὲ τῶν μελλόντων βελτίους ἐλπίδας ἂν λάβοιμεν. τολμησάντων γὰρ κτἑ.* Is. 15, 46 *εἴη δ' ἂν οὐ μικρὸν ἔργον, εἰ πάσας τις τὰς ἰδέας τὰς τῶν λόγων ἐξαριθμεῖν ἐπιχειρήσειεν· ἧς δ' οὖν ἐμοὶ προσήκει, ταύτης μνησθεὶς ἐάσω τὰς ἄλλας.*

5) Peculiare quoddam genus, sed quod cum iis, quae modo persecutus sum, apte componere liceat, ejusmodi locis conficitur, ubi quis in priore membro transitionis cum aphorismo conjunctae dicit, multa se praeterisse. Talia dico: D. 22, 3 *καὶ περὶ μὲν τῶν ἰδίων ἔχων ἔτι πολλὰ λέγειν ἐάσω· περὶ δ' ὧν —, ταῦτα διεξελθεῖν ἐν βραχέσι πειράσομαι.* (D.) 12, 11 *περὶ μὲν οὖν τούτων πολλὰ λέγειν ἔχων ἔτι δίκαια παραλιπεῖν προαιροῦμαι· Καρδιανοῖς δέ φημι βοηθεῖν κτἑ.* D. 22, 46 *καὶ περὶ τούτων μὲν —, πολλὰ λέγειν ἔχων ἔτι, καὶ ταῦθ' ἱκανὰ εἶναι νομίζων, ἐάσω. βούλομαι δὲ καὶ κτἑ.* D. 18, 50 *καὶ περὶ μὲν τῶν τότε πραχθέντων ἔχων ἔτι πολλὰ λέγειν καὶ ταῦθ' ἡγοῦμαι πλείω τῶν ἱκανῶν εἰρῆσθαι* (res nova proponitur § 53 *βούλομαι τοίνυν ἤδη*, cf. quae disputavit vir doctus in programm. gymnas. Feldkirch. p. 48 sq. et p. 68). Lys. 12, 95 *καὶ πρὸς ὑμᾶς μὲν ἔτι πολλῶν ὄντων εἰπεῖν τοσαῦτα λέγω· ὅσοι δ' —, πρῶτον μὲν τῶν ὅπλων ἀναμνήσθητε, ὅτι κτἑ.* Lys. 7, 9 *ἀλλὰ γὰρ περὶ μὲν — πολλὰ ἔχων εἰπεῖν ἱκανὰ νομίζω τὰ εἰρημένα· ἐπειδὴ δ' κτἑ* (justam ac veram hanc esse revocationem particulis *ἀλλὰ γάρ* declaratur). Vid. exempla supra No 3 posita. — Cum Lys. 31, 34 contendere licet (D.) 60, 9 *τῶν μὲν οὖν — πολλὰ*

παραλιπων τούτων ἐπεμνήσθην —· ἃ δὲ —, ταῦτ' ἤδη λέξω.

D. 21, 131 ὅσα μὲν τοίνυν —, ταῦτ' ἐστίν. καὶ παραλέλοιφ' ἕτερα· οὐ γὰρ δύναιτ' οὐδεὶς εἰσάπαξ εἰπεῖν ἃ πολὺν χρόνον οὗτος ὑβρίζων συνεχῶς ἅπαντα τὸν βίον εἴργασται. ἄξιον δ' ἰδεῖν κτἑ. Is. 8, 25 περὶ μὲν οὖν — καὶ ταῦθ' ἱκανὰ καὶ πόλλ' ἂν ἴσως τις προσθείη τούτοις· ἡγοῦμαι δὲ δεῖν ἡμᾶς κτἑ. Plat. Symp. 196b περὶ μὲν οὖν — καὶ ταῦτα ἱκανὰ καὶ ἔτι πολλὰ λείπεται, πέρὶ δὲ — μετὰ ταῦτα λεκτέον. D. 21, 126 ὅσα μὲν τοίνυν —, ἀκηκόατε, ὦ ἄ. Ἀ., καὶ παραλείπω δὲ πολλά· οὐ γὰρ ἴσως ῥᾴδιον πάντ' εἰπεῖν. ἔχει δ' οὕτως κτἑ. (ad novam rem transit orator § 128). Plat. Menex. 246a καὶ τὰ μὲν δὴ ἔργα ταῦτα —, πολλὰ μὲν τὰ εἰρημένα καὶ καλά, πολὺ δ' ἔτι πλείω καὶ καλλίω τὰ ὑπολειπόμενα· πολλαὶ γὰρ — (vid. supra p. 34). τούτων οὖν χρὴ κτἑ. (his verbis transitus efficitur ad novum locum). — D. 21, 19 τὰ μὲν οὖν εἰς ἐμὲ καὶ —, ταῦτ' ἐστίν, ὦ ἄ. Ἀ., καὶ πόλλ' ἕτερα, ὧν ὅσ' ἂν οἷός τ' ὦ διέξειμι πρὸς ὑμᾶς αὐτίκα δὴ μάλα. ἔχω δὲ λέγειν καὶ πονηρίας ἑτέρας παμπληθεῖς αὐτοῦ κτἑ. (dilatio).

D. 18, 258 ἐγὼ μὲν δὴ τοιαύτῃ συμβεβίωκα τύχῃ, καὶ πόλλ' ἂν ἔχων ἕτερ' εἰπεῖν περὶ αὐτῆς παραλείπω, φυλαττόμενος —. σὺ δ' — ποίᾳ τινὶ κέχρησαι τύχῃ;

Is. 3, 17 ὅτι μὲν οὖν —, διὰ πλειόνων μὲν ἄν τις ἀποδείξειεν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τούτων συνιδεῖν ῥᾴδιόν ἐστι· περὶ δὲ τῶν λοιπῶν κτἑ. Is. 6, 33 περὶ μὲν οὖν — ἔνεστι μὲν ἴσως πλείω τούτων εἰπεῖν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῦθ' ἱκανῶς εἰρῆσθαι νομίζω· λέγουσι δ' κτἑ. Is. 3, 27 περὶ μὲν οὖν —, ἅπαντα μὲν οὔθ' εὑρεῖν οὔτ' εἰπεῖν δυνατόν ἐστιν· οὐ μὴν ἀλλὰ πρός γε τὸ παρὸν ἀποχρώντως καὶ νῦν εἴρηται περὶ αὐτῶν. ὡς δὲ κτἑ. Is. 16, 22 περὶ μὲν οὖν — οἶδα μὲν ὅτι πολλὰ παραλείπω, διὰ τοῦτο δ' οὐκ ἀκριβῶς εἴρηκα περὶ αὐτῶν, ὅτι σχεδὸν ἅπαντες μνημονεύετε τὰ πραχθέντα. λοιδοροῦσι δὲ κτἑ. Is. 9, 73 τῶν μὲν οὖν εἰς Εὐαγόραν πολλὰ μὲν οἶμαι παραλιπεῖν· ὑστερίζω γὰρ —· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ νῦν — οὐκ ἀνεγκωμίαστός ἐστιν. De proximis cf. quae adnotavit ad l. Schneider.

Peculiaria habenda sunt, si sedem, quam tenent, spectamus, duo praeteritionis exempla, quae fini servavi, D. 18, 110

ἡγοῦμαι τοίνυν λοιπὸν εἶναί μοι περὶ τοῦ κηρύγματος εἰπεῖν καὶ τῶν εὐθυνῶν· τὸ γὰρ ὡς τἄριστά τ' ἔπραττον καὶ —, ἱκανῶς ἐκ τῶν εἰρημένων δεδηλῶσθαί μοι νομίζω. καίτοι τὰ μέγιστά γε τῶν πεπολιτευμένων καὶ πεπραγμένων ἐμαυτῷ *παραλείπω*, ὑπολαμβάνων κτέ. et Aesch. 2, 118 ἵνα δὲ μὴ διατρίβω — διεξιών, ἐν κεφαλαίῳ περὶ πάντων εἰπὼν παύσομαι. ἡ μὲν τύχη —. πότερον οὖν ὁ μηδὲν προθυμηθεὶς ἐργάσασθαι ἀγαθὸν δίκαιός ἐστιν εὐδοξεῖν, ἢ ὁ μηδὲν ὧν ἦν δυνατὸς ἐλλείπων; ἐν δὲ τῷ παρόντι νυνὶ πολλὰ διὰ τὸν καιρὸν *παραλείπω*. Demosthenes enim jam nova re proposita non omnia, quae in absoluta parte dici potuerint, se persecutum esse ait; Aeschines vero idem profitetur, postquam quae antea exposuerat brevi *ἀνακεφαλαιώσει* complexus est eique adnexuit conclusionem.

PARS POSTERIOR.

Quoniam praeteritionis exempla generibus partibusque distributa proposui, proximum est ut quaeratur, quibus verbis et locutionibus qualibusque dicendi ornamentis oratores hac in figura usi sint. Nam etsi in perscribendis disponendisque exemplis diligenter operam dedi, ut omnes vel me non monente haec ipsi sibi levi labore colligere possent, tamen non alienum fore puto, si minus omnia, quae huc pertinent, at potiora certe jam sub unum adspectum subjicere. Atque ut a simplicioribus progrediar ad exquisitiora et limatiora, cum rem aliquam se praeterituros dicebant, verbis id his significabant: *σιωπᾶν* (*σιγῶ* semel cum acc. junctum reperitur Aesch. 3, 225), *ἀφιέναι*, *παριέναι*, *ὑπερβαίνειν*, *παραλείπειν*, *ἐᾶν*. Quorum quod primum scripsi *σιωπᾶν*, hujus in praeteritione solum praesens invenitur, solusque eo videtur usus esse Demosthenes 3, 27. 8, 63. 9, 26. 50. 18, 268. 19, 145. 175. 331. 20, 33. 21, 116. 132. Junctum est hoc verbum cum enunc. rel. 8, 63. (9, 50).*) Verbi *ἀφιέναι* praesens usurpatur Is. 9, 21 et

---

*) Iis locis, de quibus nihil monui, praetereundi verba cum acc. obj. conjuncta sunt.

Aesch. 1, 39 (hic cum enunc. rel. junctum), futurum Din. 1, 31 (in parenth.); praeterea cf. D. 18, 69 et 19, 288 (πάντα τἄλλ' ἀφεὶς) coll. Is. 9, 66 (τοὺς μύθους ἀφέντες). Quod tertium posui παριέναι, ejus futurum exstat Lys. 12, 43. 31, 20 (ibi cum enunc. rel. junctum). Aesch. 1, 106. D. 24, 194. Item futuro verbi ὑπερβαίνειν utitur Aeschines 1, 40. 3, 118. 213 Praeterea vid. Aesch. 1, 170 (ὑπερβὰς — μνησθήσομαι). Gorg. Hel. 5 (ὑπερβὰς — προβήσομαι). Is. 15, 320 (ὑπερβὰς —, μικρῶν ἔτι πάνυ μνησθεὶς ἤδη καταλύσω τὸν λόγον) coll. D. 4, 38 et 8, 7. — D. 4, 38 et Gorg. Hel. 5 propter oppositionem τῷ λόγῳ additum est. Verbi παραλείπειν utrumque tempus, et praesens et futurum, invenitur, atque illud quidem Aesch. 3, 237. D. 1, 13 aliisque ejusdem oratoris locis, hoc autem Is. 4, 54. 5, 22. 8, 81. D. 2, 3. 9, 21 saepeque alibi apud eundem. Praeterea cf. Is. 12, 192 (παραλιπὼν — πειράσομαι δηλῶσαι). D. 18, 215. (D.) 44, 34 (ἵνα παραλείπω). Is. 14, 50, ubi propter verba opposita dat. τῷ λόγῳ additus est. De re praetermissa perfectum παραλέλοιπα scriptum est D. 21, 131, cum reliquis hujus generis locis pro perfecto praesens usurpetur (vid. part. pr. V, 5). Iungitur hoc verbum cum enunc. rel. Is. 5, 22. 15, 194, cum partic. ὅτι D. 9, 21. 19, 182. 22, 52. Verbi ἐᾶν et praesens et futurum tam saepe invenitur, ut exempla afferre supervacaneum sit; hoc unum commemoro, praesens legitimum esse in parenthesi. Conjungitur hoc verbum cum enunc. rel. D. 18, 60. 131. 21, 15, cum partic. ὅτι D. 20, 2. 99. 21, 103. 23, 125. — Semel neque in praeteritionis figura usus est Demosthenes aoristo παρῆλθον 19, 234, ad quem l. cf. Voemel.

Infinitivi horum verborum ex aliis verbis suspensi inveniuntur his locis: Plat. Menex. 239 c δοκεῖ μοι ἐᾶν. Aesch. 3, 53 δοκῶ μοι ὑπερβήσεσθαι (de constr. cf. (D.) 61, 33 καταλύσειν μοι δοκῶ τὸν ἔπαινον). Is. 9, 21. 10, 29. (D.) 12, 11 αἱροῦμαι (προαιροῦμαι) παραλιπεῖν. (D.) 40, 38 ἀναγκάζομαι παραλιπεῖν.

Pro futuro verbi praetereundi οὐ λέξω scriptum est Gorg. Hel. 5 et peculiarem ob causam οὐκ ἐπερωτήσω D. 18, 88, quo cum l. cf. D. 18, 69 οὐδενὸς τούτων μέμνημαι et οὐδ' εἰ γέγονεν οἶδα.

Verbis praetereundi, quae attuli, subjungendae sunt nota-

biliores quaedam locutiones, quae ipsae quoque in praeteritione usurpari solent. Ac primum quidem commemoro *πολλὰ* (*μυρία*) *ἂν εἴη λέγειν*, quae phrasis reperitur D. 9, 60. (D.) 43, 68. (D.) 49, 66. Lys. 32, 11. D. 19, 180. Plat. Pol. 271 e (Prot. 344 a). De sententia formulae vid. Schaefer. ad D. 19, 180 et Frohberger. ad Lys. l. l. Huic locutioni ut passivo activum respondet altera: *ἔχοιμι ἂν* (*ἔχοι τις ἂν*) *πολλὰ* (*πλείω* etc.) *εἰπεῖν* (*λέγειν, διελθεῖν* etc.), cujus plurima exempla congessi in part. pr. (V, 2), quibus adde Is. 14, 40. D. 22, 13. Plat. Menex. 241 a. Cum utraque formula componenda est locutio participialis, cum priore ea, cujus exempla attuli in part. pr. V, 3 et 5, *πολλῶν ὄντων εἰπεῖν*, cum posteriore haec: *πολλὰ* (*μυρία*) *ἔχων* (*ἂν*) *εἰπεῖν* (*λέγειν* etc.); vid. D. 21, 132. 3, 27. 20, 33 et exempla, quae congessi in part. pr. V, 3 et 5. Particula *ἂν* participio *ἔχων* adjuncta est D. 3, 27. 18, 258. 20, 33. 21, 65. Is. 12, 262; cf. Rehdantz. Dem. or. Phil. ind. II. s. v. *ἄν*.

Praeterea hic ut memorabiles has locutiones in unum coactas commemoro:

μακρὸν ἂν εἴη c. inf.: And. 2, 15. Lys. 14, 28. Din. 1, 37. Xen. Ages. 7, 1. Plat. Prot. 344 b. *μακρὸς ἂν εἴη λόγος* c. inf.: And. 3, 9. *μακρότερος ἂν εἴη λόγος* c. inf.: Ant. 1, 18. *μακροτέρου λόγου ἔργον ἡγοῦμαι εἶναι* c. inf.: Aesch. 3, 51. *πολὺς ἂν εἴη μοι λόγος* c. inf.: Lys. 23, 11 (cf. *οὐ πολὺς ὁ λόγος*, quod cum praep. *περί* junctum reperitur Lys. 24, 10). *πολὺ ἂν ἔργον εἴη* c. inf.: Lys. 3, 5. 13, 65. 30, 2. 32, 26. Is. 9, 51. 14, 27. 16, 21. 19, 18. Anax. 2 (I, p. 181 Spengel.). Lys. 18, 3. Is. ep. 1, 9. (Lys.) 2, 27 (cf. *οὐκ ἂν πάνυ μικρὸν ἔργον γένοιτο, εἰ κτέ.* Isae. 3, 11). *ἔργον διηγήσασθαι*: (D.) 59, 91. *λίαν ἂν μακρολογοίην* c. part. Is. 4, 66. *οὐδὲν δέομαι* c. inf.: And. 1, 80 (*μεμνῆσθαι οὐδ' ἀναμιμνήσκειν*). Lys. 12, 42. Plat. Apol. 21 c (*λέγειν*). *οὐδέν με δεῖ καθ' ἕκαστον λέγειν*: Lys. (?) 13, 65 (cf. Lys. 28, 8). *οὐδὲν προὔργου ἀκοῦσαι ὑμῖν*: And. 2, 21. *περίεργόν ἐστι, δοκεῖ* (*ἡγοῦμαι, νομίζω*) *εἶναι* c. inf.: Is. 4, 33. Isae. 1, 31. — (D.) 43, 21. — Hyp. epit. V. — Anax. 29 (I, p. 215 Spengel.). *οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ λέγειν*: Isae. 5, 17. D. 41, 4. *οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ μακρολογεῖν*: Is. 14, 7. *οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ διὰ μακροτέρων ἐπαινεῖν*: Is. 4, 106. *οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ* (*πλείω*) *λέγοντα διατρίβειν*: Is. 4, 97. 12, 105. *τί*

ἄν τις λέγοι: (D.) 43, 68. τί δεῖ (τὰ πολλὰ) λέγειν: Aesch. 3, 51. — D. 37, 12 (cf. Aesch. 3, 141). τί δεῖ λέγοντα διατρίβειν: Is. 6, 21. 9, 31. 12, 201. τί ἄν τις μακρηγοροίη: Thuc. IV, 59, 2. τίς ἂν δύναιτο διεξελθεῖν: Is. 4, 114. τίς ἂν ἐξαριθμήσειεν: Is. 8, 87. οὐδ' ἂν ἐγχειρήσαιμ' ἐξετάζειν: D. 20, 58. οὐδ' ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν: D. 22, 68 (cf. D. 8, 62 οὐδ' ἂν εἰπεῖν δύναιτ' οὐδείς. D. 19, 65 οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ τῶν ἐκεῖ κακῶν νῦν ὄντων)*)· κατοκνῶ λέγειν: (D.) 60, 6 (cf. D. 54, 9 et loci, quos attuli in part. pr. IV, 2). οὐκ ἄξιον εἰπεῖν: D. 18, 195. οὐκ ἀξιῶ μεμνῆσθαι: (And.) 4, 42. οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι c. inf.: D. 2, 3. αἰσχύνη λέγειν: D. 23, 208. αἰσχύνομαι λέγειν: Is. 16, 35 (cf. D. 18, 264).

Omnibus fere phrasibus, quas commemoravi, causa, cur quid omittendum sit, significatur, et sunt eae plerumque ipsi praetereundi verbo substitutae.

His locutionibus multas alias addere possem maximam partem a temporis angustiis repetitas, nisi verendum esset, ne nimius in hoc genere viderer. Accedit quod multa, quae huc spectant, jam in priore parte ita ordinata sunt atque digesta, ut similia cum similibus conjuncta reperias.

Sequitur ut artificiosa quaedam periboles exempla in unum locum componam, quae ad ea, quae hactenus disputavi, apte adnecti posse existimo: Ant. 1, 18 *καὶ τὰ μὲν ἄλλα μακρότερος ἂν εἴη λόγος — ἐμοί τε διηγήσασθαι ὑμῖν τ' ἀκοῦσαι*. Plat. Menex. 239 b *Εὐμόλπου μὲν οὖν — ὅ τε χρόνος βραχὺς ἀξίως διηγήσασθαι, ποιηταί τ' αὐτῶν ἤδη ἱκανῶς τὴν ἀρετὴν — εἰς πάντας μεμηνύκασιν*. D. 54, 9 *καὶ τὰ μὲν ἄλλα καὶ βλασφημίαν ἔχει τινὰ, καὶ ὀνομάζειν ὀκνήσαιμ' ἂν ἐν ὑμῖν ἔνια*. Is. 8, 145 *ἐμοὶ μὲν ἀμφότερα συμβουλεύει παύσασθαι λέγοντι, καὶ τὸ μῆκος τοῦ λόγου καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν τῶν ἐμῶν*. (D. 20, 2 *καὶ γὰρ εἴρηται τρόπον τινὰ καὶ ὑφ' ὑμῶν ἴσως γιγνώσκεται*). Is. 12, 211 *ἃς πάσας μὲν διεξιὼν πολὺν ὄχλον ἐμαυτῷ τ' ἂν παράσχοιμι καὶ τοῖς ἀκούουσιν*. (Is. 15, 310 *δοκεῖ γάρ μοι —, πάντα δὲ νυνὶ λεγόμενα πολὺν ἂν ὄχλον ἐμοί τε καὶ τοῖς ἀκούουσι παρασχεῖν*). Is.

*) Etiam D. 6, 11. 20, 76. (D.) 61, 15 praeteritionis causa haec affertur, quod par rei oratio inveniri non possit.

6, 47 *ἀπείποιμεν δ' ἂν ἀκούοντές τε καὶ λέγοντες, εἰ.* D. 21, 129 *πάντα μὲν δὴ οὔτ' ἂν ἐγὼ δυναίμην πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, οὔτ' ἂν ὑμεῖς ὑπομείναιτ' ἀκούειν.* Is. 9, 34 *εἰ μὲν οὖν —, οὔτ' ἂν ὁ λόγος ἴσως τοῖς καιροῖς ἁρμόσειεν οὔτ' ἂν ὁ χρόνος τοῖς λεγομένοις ἀρκέσειεν.* Is. 12, 64 *ἐγὼ δὲ πρὸς ἅπαντα μὲν οὔτ' ἂν δυναίμην ἀντειπεῖν οὔτ' ἂν ἐπιχειρήσαιμι τοῦτο ποιεῖν.* Is. 3, 27 *περὶ μὲν οὖν — ἅπαντα μὲν οὔθ' εὑρεῖν οὔτ' εἰπεῖν δυνατόν ἐστιν.* D. 54, 44 *ἀλλ' οὔτε τὸ ὕδωρ ἱκανὸν οὔτε νῦν περὶ τούτων ὁ λόγος ἐστίν.* Hyp. epit. III *περὶ μὲν οὖν τῆς πόλεως διεξιέναι τὸ καθ' ἕκαστον — οὔτε ὁ χρόνος ὁ παρὼν ἱκανός, οὔτε ὁ καιρὸς ἁρμόττων τῷ μακρολογεῖν, οὔτε ῥᾴδιον ἕνα ὄντα τοσαύτας καὶ τηλικαύτας πράξεις ἐπελθεῖν καὶ μνημονεῦσαι* (D. 21, 103 *καὶ γὰρ οὔτε —, οὔθ' κτἑ.*). D. 20, 76 *ὃν μὲν οὖν τρόπον —, οὔτε πάνυ ῥᾴδιον κατὰ τὴν ἀξίαν εἰπεῖν, πολλή τ' αἰσχύνη λέγοντος ἐμοῦ ταῦτ' ἐλάττω φανῆναι τῆς ἐν ἑκάστῳ νῦν περὶ αὐτοῦ δόξης ὑπαρχούσης.* Is. 5, 59 *καθ' ἕκαστον μὲν οὖν — εἴ τις λέγειν ἐπιχειρήσειεν, οὔτ' ἂν διελθεῖν ἀκριβῶς δύναιτο, πρός τε τὸ παρὸν ἴσως ἂν ἐνοχλήσειεν.* Loci, quos attuli, excepto Hyperideo, qui e tribus-membris constat repetito vocabulo *οὔτε* connexis, bina membra continent particulis *τέ — τέ, καί — καί, τέ — καί, οὔτε — οὔτε, οὔτε — τέ* inter se copulata.

Haec membrorum paria cum longitudine inter se differant, tamen omnibus fere communis est insignis quaedam orationis aequabilitas atque concinnitas. Quod nonnullis locis posterius membrum est amplius, id de industria ita factum videtur, quo major ei ex ipso ambitu vis accederet, idemque statuo de membro tertio Hyp. l. l. Ant. 1, 18 propter prima verba jam supra attuli. Quae in eo loco inest breviloquentia, eandem animadvertere licet etiam D. 54, 9. 20, 76. Is. 9, 54; nam in his quoque exemplis aperte commemoratio causarum, cur quid omittendum sit, ipsi praetereundi verbo substituitur.

Non minor ars in compluribus locis cernitur, qui bina membra complectuntur particulis *μέν* et *δέ* inter se opposita. Ad exempla, quae postrema commemoravi, proxime accedit D. 18, 214, quippe in quo item omissum sit praetereundi verbum: *τὰ μὲν καθ' ἕκαστ' ἐγὼ μὲν ἀντὶ παντὸς ἂν τιμησαίμην εἰπεῖν τοῦ βίου, ὑμᾶς δὲ δέδοικα, μή —, μάταιον ὄχλον τοὺς περὶ τούτων λόγους νομίσητε.* Praeterea cf.

D. 21, 15.*) 57, 66. Is. 12, 33. 14, 50. Similia multi alii loci praebent, quae ut facile sibi quisque ipse colligere posset, satis

*) Hoc loco pariter atque tribus aliis, quos jam supra commemoravi (D. 20, 2. Is. 15, 310. D. 21, 103), causa, cur quid praetereundum sit, particula *γάρ* ad superiora adjicitur. Idem fit multis aliis locis, Isocratis maxime et Demosthenis, quos omnes enumerare longum est. Gravissimam antithesin reperimus D. 21, 131 *οὐ γὰρ ἂν δύναιτ' οὐδεὶς εἰσάπαξ εἰπεῖν ἃ πολὺν χρόνον οὗτος ὑβρίζων συνεχῶς ἅπαντα τὸν βίον εἴργασται.* Bis Demosthenes (2, 3 et 23, 148) in eadem re vividius dixit *διὰ τί; ὅτι,* quod saepissime apud eum inveniri constat. Pro causali membro finale habes Aesch. 3, 213. 1, 40. 157. D. 20, 99. Is. 5, 22, quibus cum locis cf. (D.) 61, 33 (*δεδιὼς μή*). (D.) 60, 6 (*φυλαττόμενος μή*). D. 18, 258 (*φυλαττόμενος τὸ λυπῆσαι κτέ.*). Is. 9, 21 *οὐκ ἀπιστῶν* —, *ἀλλ' ἵνα.* Aesch. 3, 53 *οὐ προδιδοὺς* —, *ἀλλ' ἐκεῖνο φοβούμενος μή*). Is. 14, 50 (*αἰσχυνόμενοι* c. inf.). Thuc. II, 36, 4 (*οὐ βουλόμενος*). Praeterea participium invenitur D. 18, 110 (*ὑπολαμβάνων κτέ.*). et *διὰ τό* c. inf. (D.) 40, 38. Arist. rhet. 1, 4 (I, p. 16 Spengel.). — Liceat in eadem hac adn. nonnulla alia persequi, quae ut per se leviora sunt, ita in unum collecta fortasse aliquam utilitatem praebebunt. Refero huc neutra quaedam, quae in praeteritionis figura tamquam sollemnia sunt. Ac saepissime quidem reperitur *τὰ ἄλλα*, de quo cf. D. 9, 35. 18, 266 (*ἐῶ τἆλλα*). D. 24, 107. Plat. Hipp. maj. 282 d (*τὰ μὲν ἄλλ' ἐῶ*). Lys. 3, 45. D. 8, 52. 20, 52. (D.) 25, 9. 37 (*τὰ μὲν ἄλλ' ἐάσω*). D. 3, 27. 19, 175. 331. 20, 33. 21, 116. 132 (*τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ*). D. 19, 145 (*τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ πάντα*). D. 18, 69. 19, 288 (*πάντα τἄλλ' ἀφείς*). Ant. 1, 18. D. 54, 9. Huic pronomini addo *τὰ πολλά*: D. 22, 15. 70. 24, 194 (*τὰ μὲν πολλὰ ἐάσω — παραλείψω — παρήσω*). (D.) 53, 3. Aesch. 3, 213 (*τὰ δὲ πολλὰ ἐάσω — ὑπερβήσομαι*). D. 37, 12 (*τὰ μὲν πολλὰ τί δεῖ λέγειν;*) et *τὰ πλεῖστα*: Is. 10, 30 (*αἱροῦμαι τὰ μὲν πλεῖστα παραλιπεῖν*). (D.) 44, 34 (*ἵνα τὰ πλεῖστα παραλείπω*), quibuscum l. cf. Aesch. V, 106 (*τὰς μὲν πλείστας [ἀρχὰς] παρήσω*). Semel *τὰ πλείω* inveni Aesch. 3, 141 (*καὶ τί δεῖ τὰ πλείω λέγειν;*) et *τὰ παλαιά* Aesch. 1, 81 (*τὰ μὲν παλαιὰ ἐάσω*). Hoc cum loco cf. (D.) 59, 91 *τοὺς μὲν πολλοὺς καὶ παλαιοὺς ἔργον διηγήσασθαι.* D. 24, 133 *τοὺς μὲν πρὸ Εὐκλείδου ἄρχοντος ἐάσω καὶ τοὺς σφόδρα παλαιούς.* Is. 14, 27. 19, 18. Din. 1, 37. Is. 6, 42. Aesch. 3, 53. In omnibus his exemplis veteres vel homines vel res praetermittuntur. Sed fieri etiam posse, ut praestet recentia omittere, apparet ex Is. 4, 54. Frequentem neutrorum *τὰ πολλά* et *τὰ παλαιά* usum esse in revocationis quodam genere, alias ostendam. Operae pretium mihi videtur hic etiam verba illa in omissione maxime usitata uno in conspectu ponere, quae idem significant quod persequi et enumerare. Sunt ea praeter *διηγεῖσθαι, διελθεῖν, διεξελθεῖν, διεξιέναι*, de quibus exempla proferre non opus est, *ἐξαριθμεῖν* (Is. 4, 66. 8, 87. 12, 142. 15, 46), *καταριθμεῖσθαι* (Is. 1, 11), *διαριθμεῖν* (Arist. rhet. I, p. 53 Spengel.), *διαριθμεῖσθαι* (Arist. rhet. I, p. 16 Spengel.), *ἐξετάζειν* (Is. 6, 47. 8, 56. 14, 50. D. 20, 58). His adde *ἐξηγεῖσθαι* ([D.] 43, 20), *συνάγειν* (Is. 15, 251), *διὰ τέλους εἰπεῖν* (Is. 15, 54), *καταλέγειν* ([Lys.]

in priore parte me ipsa dispositione exemplorum providisse puto; hic sufficere arbitror rem breviter attigisse.

Restant duo, quae de eo verborum complexu, quo continetur praeteritio, commemoranda mihi videntur. De duplici epanalepsi D. 2, 3 sq. per particulam *οὖν* facta bene, ut solet, disputavit Rehdantz. ad l. Orator, postquam verbis *τὸ μὲν οὖν — οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι* sibi non aptum videri significavit copiose persequendo Philippi potentiam Athenienses ad officium faciendum incitare et ad confirmandam hanc sententiam, duo alia enunciata adjecit, primum, repetita etiam vocula *μέν*, hac utitur epanalepsi: *ταῦτα μὲν οὖν παραλείψω*, deinde, novo interjecto enunciato causali, sententiam denuo renovat his verbis: *ὧν οὖν —, οὐχὶ νῦν ὁρῶ καιρὸν τοῦ λέγειν*. Huic exemplo quod plane conveniat alterum vix inveniatur; sed similiter in extrema parte ejus loci, qui praeteritionem continet, et redintegrata est sententia per particulam *οὖν* et iteratum quod in principio positum erat *μέν* Plat. Menex. 239 c. (D.) 53, 3. (D.) 61, 15. Aesch. 3, 53. Praeterea aliquatenus conferri possunt (D.) 61, 33. Is. 12, 127. 5, 110. D. 18, 130. Particula *δή* epanalepsis fit (D.) 43, 21.

Ex locis, quos protulit Seyffert. schol. Lat. p. 90 sq. ed. III, cognoscitur apud Ciceronem praeteritionis figuram saepe per plura membra porrigi ita, ut ejus vis et gravitas adhibita anaphora magnopere augeatur. Cf. e. g. p. Cluent. 66, 188 Mitto illam primam libidinis injuriam, mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam. — Nihil de — queror. — Praetereo, quod —. Illud primum queror etc.*) Talis anaphorae exempla apud oratores Atticos

2, 27; in v. simplici *λέγειν* eadem vis inest Is. 6, 81. D. 18, 296). Trita sunt in eadem figura *καθ' ἕκαστον* (And. 3, 9 multisque aliis locis, e quibus unum adjicio Demosthenis 20, 107 *τὰς μὲν καθ' ἕκαστον ἐάσω*), *καθ' ἓν ἕκαστον* (Lys. 18, 3. Xen. Ages. 7, 1. Anax. rhet. I, p. 181 Spengel.), *τὸ καθ' ἕκαστον*. (Hyp. epit. III), *τὰ καθ' ἕκαστα* (D. 18, 214. [D.] 49, 66), de quibus cf. Rehdantz. l. l. ind. II s. v. *κατά*. Denique commemorandum hic adverbium *ἀκριβῶς* (Is. 14, 50. Arist. rhet. I, p. 16 *καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς διαριθμήσασθαι*. Is. 5, 59. 16, 22). Is. 1, 11 *τὸ μὲν ἀκριβὲς αὐτῶν ἐν ἑτέροις καιροῖς δηλώσομεν, δεῖγμα δὲ — νῦν ἐξενηνόχαμεν*.

*) Bina membra praeteritio complectitur Tusc. V, 16, 46. de or. I, 52, 225 (omitto — omitto). p. Mur. 15, 33 (mitto — praetereo).

desiderantur; nec poterant facile hac figura uti, quandoquidem in plurimis praeteritionis generibus ipsa oppositionis vis postulabat, ut praetereundi verbo extremum locum tribuerent. Contra Demosthenes 9, 26 in fine duorum membrorum repetito verbo dixit ἐῶ — σιωπῶ, quocum l. conferri possunt Lycurgea illa, quae in Latinum conversa servavit Rutilius Lupus (p. 120 ed. Ruhnk.): In praesentia, judices, injussu populi quae improbissime gesserit, reticebo: de falsis ejus literis, quas ad senatum miserit, nihil dicam: quae illi saepe interminati sitis, omittam. Vid. etiam, si modo genuinus est locus, Lys. 13, 65 (add. D. 18, 69 sq.). Plerumque Graeci, cum res, quas praeterire volunt, singulatim enumerant — utuntur autem saepissime hac periboles forma —, has omnes uno verborum ambitu ita complectuntur, ut tamen pronominum adverbiorumque relativorum, conjunctionum, praepositionum, ipsius denique articuli repetitione orationi vim et pondus afferant.*) Quam rem ut attenderent lectores, jam in priore parte prospexisse mihi videor; quare hic satis habeo luculentiora hujus generis exempla in unum congerere. Sunt autem haec: Lys. 14, 28. 30, 2 (13, 65). Is. 4, 97. 114. 8, 87. 9, 21. 31. 12, 262. 16, 21. 18, 51. Aesch. 1, 40. 3, 51 sq. (3, 225). D. 1, 13. 9, 21. 26. (18, 268). 20, 76. 21, 15. 54, 44. Din. 1, 94. Plat. Menex. 239 c (241 c). Gorg. Hel. 5. Etiam ex asyndeto in praeteritione vim et gravitatem orationi accedere probatur his locis Demosthenis: 18, 69. 100. 19, 145.

Reliquum est ut paucis de illo membro disputem, quod in plurimis praeteritionis formis ei, quo haec continetur, opponi solet. Cujus oppositionis quo maior esset vis, Cicero saepenumero pronominibus hic et ille rei novae notionem tamquam antecepit. Cf. praeter eum locum, quem modo attuli (p. Cluent. 66, 188), p. Flacc. 32, 79 Mitto quod —. Illud quaero, sintne etc. de imp. Cn. Pomp. 16, 48 Itaque non sum praedicaturus quantas —: hoc brevissime dicam, neminem etc. in Cat. I, 6, 14 Praetermitto ruinas —; ad illa venio, quae etc. p. Quint. 27, 84 Haec omnia mitto: illud dico, dominum etc. p. Rosc. Amer. 28, 76 Verum haec missa facio: illud quaero, is homo —, conficere potuerit. Eandem prolepsin etiam apud Graecos in-

*) Non raro accedit etiam ὁμοιοτέλευτον.

veniri, apparet ex his locis: D. 19, 182 *ἐγὼ δ', ὅτι μὲν —, παραλείψω. ἀλλ' ἐκεῖνο λέγω· εἰ μὲν κτἑ.* D. 20, 2 *ἐγὼ δ', ὅτι μὲν — ἐάσω —· ἀλλ' ἐκεῖν' ἂν ἐροίμην ἡδέως αὐτόν, τίνος ἕνεκα κτἑ.* D. 20, 99 *ἐγὼ δ', ὅτι μὲν — ἐάσω —. ἀλλ' ἐπ' ἐκεῖν' εἶμι· ὅταν ταῦτα λέγῃ κτἑ.* Is. 12, 64. 6, 81. Sed multo saepius per epanalepsin rei novae notionem pronomine *οὗτος* redintegraverunt. Hac figura maxima cum vi usus est Demosthenes 18, 60 *ἃ μὲν οὖν, —, ἐάσω· ἃ δ' ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐπὶ ταῦτ' ἐπέστην ἐγὼ καὶ διεκωλύθη, ταῦτ' ἀναμνήσω καὶ τούτων ὑφέξω λόγον.* Praeterea cf. Lys. 3, 45. Is. 12, 262. 14, 7. Isae. 5, 17. Aesch. 1, 39. 40. 81. 109. 3, 213 (vid. quae scripsi p. 16 sq.). D. 2, 4. 18, 131. 20, 76. 21, 15. 104. 130. 22, 3. 23, 111. 148. 54, 9. (D.) 43, 21. 48, 7. 49, 66. 60, 6. Plat. Menex. 239 c (241 a *ὃ δέ μοι δοκεῖ καὶ ἐκείνων κάλλιστον εἶναι, τούτου μνησθήσομαι, ὅτι τὸ ἑξῆς ἔργον τοῖς Μαραθῶνι διεπράξαντο*). Anax. rhet. 29 (I, p. 215 Spengel.). Propter insolitam verborum collocationem a reliquis locis sejunctum profero Lys. 3, 5 *ὅσα δὲ εἰς ἐμὲ αὐτὸν ἐξημάρτηκεν, ἡγοῦμαι τοῦθ' ὑμῖν προσήκειν ἀκοῦσαι,* idemque aliam ob causam facio de Is. 4, 98 *ἃ δ' —, ταῦτα δ' ἐμὸν ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν* et 18, 58 *ἧς δὲ —, ταύτης δὲ μνησθήσομαι πρὸς ὑμᾶς.* Nam tantummodo in his duobus exemplis repetita est particula *δέ*. — Pari cum vi eadem epanalepsis adhibetur in posteriore membro transitionis cum aphorismo junctae Isae. 7, 13. D. 18, 248. (24, 68, cf. § 66). 27, 23. 30, 19. 39, 6. (D.) 48, 36. 59, 14, 60, 27 (omnibus his locis pronomini *ἤδη* adjectum est). D. 23, 23. 38, 9. (D.) 44, 60. 59, 17. — post dilationem D. 27, 12. 55, 23. 6, 28 (primo et altero loco pronomini part. *ἤδη*, tertio part. *δή* addita est). (D.) 61, 9. — post revocationem D. 15, 34. (D.) 45, 33. Alia, quae minus huc pertinent, de industria silentio praetereo. De universa autem hac epanalepsi cf. quae scripsit Rehdantz. ad Xen. Anab. III, 2, 20 et ad Dem. 1, 16.

Non raro in eodem membro breviloquentia quaedam reperitur. Quae qualis sit, confestim patebit, si cum locis, quos modo attuli (D. 19, 182. 20, 2. 99), comparaveris D. 22, 70 *τὰ μὲν οὖν πολλὰ — παραλείψω· φήσας δ' ἀπορρεῖν τὰ φύλλα τῶν στεφάνων καὶ σαπροὺς εἶναι διὰ τὸν χρόνον, ὥσπερ ἴων ἢ ῥόδων ὄντας ἀλλ' οὐ χρυσίου, συγχωνεύειν ἔπεισεν* et D. 22, 52 *ὅτι μὲν τοίνυν —, παραλείψω. ἀλλὰ παρ' ἡμῖν πότε*

πώποτε δεινότατα ἐν τῇ πόλει. γέγονεν; Orator, cum priore loco scribere potuerit. ἐκεῖνο δ' ἐρῶ (ἀκούσατε)· φήσας κτέ. et posteriore ἀλλ' ἐκεῖν' ἐρωτῶ· παρ' ὑμῖν κτέ. (ά. έ. ἐρωτῶ, πότε πώποτε παρ' ὑμῖν κτέ.), utrimque nulla ejusmodi formula tamquam introitu usus statim rem ipsam per enunciatum primarium intulit. Cum D. 22, 70 cf. Lys. 12, 43. 14, 28. 23, 11. 32, 11. 26. Is. 4, 54. 5, 59. 6, 21. 9, 31. 14, 27. 16, 21. 19, 18. Aesch. 3, 118 (sed vid. quae de hoc loco infra dicam). 237. D. 9, 60. 19, 175. 21, 182 (vid. quae scripsi p. 30). 37, 12. (D.) 59, 91. Plat. Hipp. maj. 282 d. Ab his exemplis paululum differunt Lys. 30, 2. Is. 6, 42. 9, 52. — D. 21, 132. — Lys. 31, 20, cum in tribus primis membrum, de quo quaerimus, aptum sit e v. τίς οὐκ οἶδεν, in quarto e v. ἴστε δήπου πάντες, in quinto e v. ῥᾴδιόν ἐστι γνῶναι. Multo major vis in iis locis inest, qui initium capiunt a part. ἀλλά. Hi sunt praeter illum, quem jam adscripsi, D. 3, 27. 9, 35. 24, 107. — 8, 52. 9, 26. 18, 71. 88. 120. 266. 19, 331. 20, 33. 52. 22, 15. 24, 127. (39, 26). (D.) 25, 9. 37. — D. 19, 17 (dilat.). Non plane ejusdem sunt generis D. 9, 21 ἀλλ' ὁρῶ συγκεχωρηκότας ἅπαντας ἀνθρώπους κτέ. 23, 208 ἀλλ' ἔχετ' εἰπεῖν ὅτι κοινῇ κτησάμενοι καταλείψετε κτέ. 24, 134 ἀλλὰ μετ' Εὐκλείδην — πρῶτον μὲν Θρασύβουλον — πάντες μέμνησθε δὶς δεθέντα κτέ. Ceterum in magna exemplorum parte orationis vis augetur interrogatione. E reliquis oratoribus, quantum scio, solus Isocrates 4, 146 particula ἀλλά ita usus est.

Eandem particulam alibi quoque cum simili breviloquentia usurpari, ut post καὶ τί δεῖ λέγειν, καὶ οὐχί πω τοῦτο δεινόν, οὐ τοίνυν 'μόνον —, καὶ οὐ μόνον —, οὐ μόνον δέ —, hic non est locus ut copiosius exponam. Contra illud commemorandum, hanc dicendi brevitatem post praeteritionem etiam apud Ciceronem inveniri; cf. e. g. de or. I, 40, 181. p. Sull. 7, 75. p. Sest. 25, 54. Is tamen, linguae Latinae indolem secutus, non particula adversativa, sed asyndeto adversativo usus est.

Vis quaedam ac pondus membro, quo de agimus, etiam tum affertur, si ἀλλά pro δέ ponitur sine hac, quam modo tetigi, breviloquentia. De quo usu vid. Ant. 1, 18. D. 23, 125. Augeri hanc vim, ubi aut prolepsis accedit per pron. ἐκεῖνος facta (cf. D. 19, 182. 20, 2. 99) aut per epanalepsin additur

pron. *οὗτος* (cf. D. 21, 15. 104. 23, 148), satis ex iis intelligitur, quae de utraque figura supra scripsi.

Praeter particulas *δέ* et *ἀλλά* in principio membri, de quo dicimus, inveniuntur *οὐ μὴν ἀλλά* D. 23, 111. Is. 12, 64, *ἀλλὰ μὴν — γέ* D. 20, 123, quae facilem explicationem habent, denique *δ' οὖν* Is. 5, 22. 6, 81. 14, 40. 15, 46. Isae. 1, 10 (hic *δ' οὖν* pro *γοῦν* de Bekkeri conjectura ediderunt Turicenses et Scheib.). D. 18, 214. 22, 13. — Aesch. 3, 118 lectio incerta est; e novissimis editoribus *ἐπῆλθε δέ μοι* scripsit Schultz., *ἐπῄει δ' οὖν μοι* Weidner. Hoc si genuinum est, de breviloquentia conferri possunt duo Isocratis loci, quos primos posui, magis tamen prior quam posterior. De Isae. 1, 10 nihil certi dicere possum; cf. quae de loco depravato scripserunt Schoemann. et Turicenses in adn. et Scheib. praef. p. XIII. Cum D. 22, 13 *ἃ δ' οὖν πᾶσι μάλιστ' ἀκοῦσαι γνώριμα, τοῦτο μὲν κτέ.* componere licet D. 22, 14 *ἀλλ' ἃ πάντες ἑοράκατε, ἴσθ' ὅτι κτέ.* (D.) 59, 91 *ἃ δὲ πάντες μνημονεύετε, Πειθόλαν τε κτέ.* D. 21, 79 *ὃ δ' οὖν δεινότατον καὶ οὐ λόγος ἀλλ' ἔργον ἤδη, τὰς δίκας ὡς αὑτῶν οὔσας ἀφίεσαν τοῖς ἐπιτρόποις.* — Is. 14, 40 *τὰ δ' οὖν ἐφ' ἡμῶν γενόμενα τίς οὐκ οἶδεν κτέ.* mihi post *γενόμενα* comma vel colon ponendum videtur; cf. D. 18, 213 *τὸ δ' οὖν κεφάλαιον, ἠξίουν κτέ.* D. 23, 66 (*τοῦτο μὲν τοίνυν τὰ παλαιά, ὡς ἡμῖν ἀκούειν παραδέδοται· ἐν μόνῳ τούτῳ τῷ δικαστηρίῳ κτέ.* et *καὶ τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ταῦτα, τὰ δ' ὕστερον· τοῦτο μόνον τὸ δικαστήριον κτέ.*). D. 41, 7. Is. 15, 281. D. 4, 28. Westermann. ad D. 23, 66, Westermann. et Rehdantz. ad D. 4, 28. De significatione particularum *δ' οὖν* bene exposuit Baeumlein. de part. Graec. p. 190 sq.

De praecisionis exemplis, quae attuli, pauca habeo quae commemorem. In posteriore membro quod saepe scriptum est voc. *εἷς*, id modo cum adverbio *μόνον* (cf. Is. 12, 127. 211. 18, 52), modo sine illo ponitur; cf. Aesch. 1, 170. D. 20, 107. (D.) 61, 27.

Pro eis, quae in lingua Latina de parvo numero dicuntur u n u s e t a l t e r, u n u s a u t a l t e r, u n u s a l t e r v e, Graecis usitata sunt *εἷς ἢ δύο* et *δύο ἢ τρεῖς*. Illud reperitur D. 19, 276 et 20, 58, quibuscum cf. D. 23, 65 et 88. 18, 95, hoc usurpatum est Aesch. 1, 106, ubi additum est *μόνον*; cf. Is.

12, 100 et 15, 201. Dixerunt de his formulis Weber. et Westermann. ad D. 23, 65, Schneider. ad Is. 4, 113.

Tritum est in praecisione etiam neutrum sing. *τοσοῦτον*. Id scriptum invenimus D. 20, 120. Isae. 1, 9 *πλὴν τοσοῦτόν γε*. Is. 4, 114 *πλὴν τοσοῦτον εἰπεῖν ἔχω*. (And.) 4, 42 *πλὴν κατὰ τοσοῦτον*. His cum locis cf. Is. 6, 111 et ep. 2, 24 *οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ μακρολογεῖν (πλείω λέγειν) πλὴν τοσοῦτον, ὡς (ὅτι)*. — Is. 18, 45. — D. 4, 13. 18, 60. 124. — D. 20, 150. Xen. Anab. 1, 3, 15. Ant. 5, 65. Lys. 31, 8. — Is. 5, 28. 15, 85. ep. 2, 22 (*πλὴν τοσοῦτον διαφέρομεν*). Omnibus his locis *τοσοῦτον* sine adverbio *μόνον* positum est; quod qui fieri potuerit, non mirum erit, si reputaveris, quid pronomina *τοσοῦτος* et *τοσόσδε* proprie significent; vid. Krueger. gramm. 25, 10, 5. Sed inveniuntur etiam non ita pauca exempla, in quibus illud adverbium adjectum est, ut D. 15, 25. 19, 45. 309. Is. 11, 5. (D.) proem. 20. And. 2, 23. (D.) 52, 4. Xen. Oec. 18, 4. Is. 15, 98. Lys. 30, 25. Magnam partem horum exemplorum jam attulit Frohberger. ad Lys. 12, 95 et 31, 8, praeter quem vid. etiam quae adnotavit Lobeck. ad Soph. Aj. v. 748 (p. 280 ed. III). Neutrum *τοσόνδε* pro *τοσόνδε μόνον* dictum est sequente particula *μέντοι* Her. 1, 13. 3, 137. 4, 81. Plat. Apol. 41 e. Phaedr. 260 b. de rep. V, 457 e; praeterea cf. Plat. de rep. I, 330 d. Parm. 154 b. Thuc. 2, 12. De formulis Latinis tantum dico (dicam), tantum scribo, tantum peto, similibus uberrime exposuit Ellendt. ad Cic. de or. II, 32, 139 (p. 235 sq.). De neutro plur. *τοσαῦτα* in aphorismi quibusdam formis (*τοσαῦτα λέγω, τοσαῦτά μοι εἰρήσθω*) similiter usurpato alio loco dicam.

Etiam *πλήν* in praecisione adhiberi intelligitur ex exemplis, quae supra posui (Isae. 1, 9. Is. 6, 111. ep. 2, 22. 24). Cum his cf. Is. 12, 105 *περὶ ὧν οὐκ οἶδ ὅτι δεῖ πλείω λέγοντα διατρίβειν, πλὴν ὅτι κτέ*. Is. 8, 87 *τὰς δὲ — τίς ἂν ἐξαριθμήσειεν; πλὴν ἓν ἢν τοῦτο τῶν ἐγκυκλίων, ταφὰς ποιεῖν*, quo in loco eadem reperitur dicendi brevitas, quam supra de particulis *δέ, ἀλλά, δ' οὖν* disputans attigi. Cf. Is. 5, 23 et quae adnotavit Schneider. ad Is. 4, 114. De lingua Latina conferre licet Sall. Iug. 24, 4 Plura de Iugurtha scribere dehortatur me fortuna mea; et jam antea expertus sum, parum fidei miseris esse. Nisi tamen intellego, illum

supra quam ego sum petere, neque simul amicitiam vostram et regnum meum petere. Vid. quae ad h. l. adnotaverunt Fabri., Kritz., Dietsch.

Usum quendam substantivi δεῖγμα, quem huc referre possumus, tetigi supra p. 12.